UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

In Lib. Ivdicvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

# NOTÆ ET QVAESTIONES CHRONOLOGICÆ IN LIBRVM IVDICVM,

## QVÆSTIO I.

### *Quid ſcriptura tradat, de annis Iudicum & Regum ab Exodo ad initium templi Salomonis.* — *Quæſtio.*

1. MOyſes poſt migratam Ægyptum, annos 40. populum gubernauit, vt ſupra oſtendi. Moyſi ſucceſſit Ioſue, qui quidem annos 110. vixiſſe traditur. Ioſue 24. v. 29. & Iud. 2. v. 8. quãto vero tempore Principatum tenuerit, ſacra eloquia non expreſſere. De Senioribus, qui Ioſue ſuperſtites fuerunt, hoc notatum habemus ibid. v. 7. *Seruieruntq; Domino* (Iſraelitæ) *cunctis diebus eius* (Ioſue) *& ſeniorum, qui longo poſt eum vixerunt tempore, & nouerant opera Domini quæ fecerat cum Iſrael.* — *Moyſis præfectura.*

2. Cum verò Hebræi, ſenibus iſtis vita functis Deum offendiſſent; *tradidit eos in manus Chuſan Raſathaim regis Meſopotamiæ, ſeruieruntq; ei octo annis.* Iud. 3. v. 8. A qua ſeruitute per Othonielem liberati ſunt, quieuitque terra 40. annis & mortuus eſt Othoniel ib. v. 11. Seruieruntq; deinde filij Iſrael Egloni regi Moabitarum 18. annis, cuius ſeruitutis iugum excuſſit Aod. *Humiliatusq; eſt Moab, in die illo ſub manu Iſrael, & quieuit terra 80. annis.* ibid. v. 30. *Poſt hunc fuit Samgar filius Anath, qui percuſſit de Philiſthijm ſexcentos viros vomere, & ipſe quoque defendit Iſrael.* ibid. v. 31. *Iabin etiam rex Chanaan per viginti annos vehementer oppreſſerat Iſraelitas. Erat autem Debbora Prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore.* Iud. 4. v. 3. & 4. Deuicto rege Iabin addit Scriptura; *quieuit terra per quadraginta annis.* ibid. v. 24. & cap. 5. v. 32. — *1. Seruitus. Othoniel. 2. Seruitus Aod & Samgar. 3. Seruitus. Barac.*

3. *Fecerunt autem filij Iſrael malum in conſpectu Domini, qui tradidit eos in manu Madian ſeptem annis.* cap. 6. v. 1. *Humiliatus eſt autem Madian coram filijs Iſrael, nec potuerunt* — *4. Seruitus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Gedeon.* *tuerunt vltra ceruices eleuare, ſed quieuit terra per viginti annos, quibus Gedeon*
*Abimelech.* Cap. 8. v. 28. Inde regnauit Abimelech ſuper Iſrael tribus annis. Cap. 9. v.
*Thola.* 4. Poſt Abimelech *ſurrexit Dux in Iſrael Thola &c. & iudicauit Iſrael*
*Iair.* *& tribus annis.* Cap 10. v. 1. & 2. Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iudica
raelem per viginti & duos annos, v. 3. Poſt hæc Iſraelitæ ob ſua crimina
*5 Seruitus* ſthæis & Ammonitis *afflicti ſunt, & vehementer oppreſſi per annos decem &*
*Iephthe.* & 9. Iephthe ad ſui Principatus initium videtur inſinuare, iam ab annis
tis Hebræos trans Iordanem ſedes fixas habuiſſe Cap. 11. v. 26. *Iudicauit*
*Abeſan.* *Iephthe Iſrael 6. annis.* Cap. 12. v. 7. Poſt hũc, *Abeſan iudicauit Iſrael, 7. annis*
*Ahialon.* *ſucceßit Ahialon Zabulonites & iudicauit Iſrael 10. annis.* v. 14. *Rurſumq; filij*
*6. Seruitus.* *malũ in conſpectu Domini, qui tradidit eos in manus Philiſthijm, 40. annis.* Ca
*Samſon.* 5. Samſon *iudicauit Iſrael in diebus Philiſthijm viginti annis.* Cap. 15. v.
pite 16. v. 31. Heli iudicauit Iſrael quadraginta annis, 1. Reg. 4. v. 18.
*manſit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati ſunt dies, erat quippe iam*
*mus.* 1. Reg. 7. v. 22. *Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpiſſet: duobus*
*regnauit ſuper Iſrael.* 1. Reg. 13. v. 1. *Filius triginta annorum erat Dauid cum*
*piſſet, & quadraginta annis regnauit.* 2. Reg. 5. v. 4. Huc etiam ſpectat, quod
tur Act. 13. à v. 18. Et per quadraginta annorum tempus, mores eorum
in deſerto. Et deſtruens gentes ſeptem in terra Chanaan, & ſorte di
terram eorum, quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos: &
dedit iudices, vſq; ad Samuel Prophetam. Et exinde poſtulauerunt
dedit illis Deus Saul filium Cis virum de tribu Beniamin, annis quad

*Coroll. 1.* 6. Hinc patet *primò*, ſex notari ſeruitutes, quarum primæ aſſignantur
ſecundæ 18. tertiæ 20. quartæ 7. quintæ 18. ſextæ 40. ex quibus conſurg
*Coroll. 2.* annorum *centum vndecim*.

*Quot ſint anni à morte cuiuslibet Iudicis ad mortem ſequentis. Anni ſeruitutum.*
7. Patet *ſecundò*, adſcribi Othonieli annos 40. Aodo 80. Debboræ
40. Gedeoni 40. Abimelecho 3. Tholæ 23. Iairo 22. Iephthe 6. Abeſa
ni 10. Abdoni 8. Samſoni 20. Heli 40. qui anni in ſummam collecti
339. ab Othoniele vſq; ad Heli incluſiuè: ſi vero adijciantur anni illi
vndecim ſeruitutum; conſient 450. Anni illi 20. quibus Arca fuit in Ca
rim, non ſolent diſtingui ab annis Samuelis: quot verò anni tum Sa
Sauli debeantur, infra diſquiram.

## QVÆSTIO II.

## *Quomodo anni 480. ab Exodo ad templum co ſoleant.*

*Autores inter ſe diſſident.* 1. TAmetſi communis ſententiæ auctores, ab Exodo ad annum
Salomonis annos 480. computant: non tamen omnes ea

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

putandi viam tenent, dum nonnulli vnius alteriusue interregni aut ſeruituris
tempus ab annis Iudicum ſeparant: alij vero ſolos annos Iudicum Chronolo-
gicos putant. Non eſt etiam vna omnium ſententia de annorum numero, qui
ſingulis iudicibus adſcribuntur, vt ex ſubiectis exemplis manifeſtum euadet.

2. Euſebius in Chronico tribuit Moyſi annos 40. Ioſue 27. Othonieli 40. *1. Supputatio.*
Aodo 80. Barac & Debboræ 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 22. Iair 22.
Iephthe 6. Eſebon 7. Labdon 8. Samſoni 20. Heli 40. Samueli & Sauli 40. Da-
uidi 40. Salomoni 4. Summatim ab Exodo ad Templum 479. Vnde apparet
Euſebium retinere numeros annorum in ſcriptura notatos, niſi quod pro 23.
Tholæ 22. tribuat, & 10. annos Ahialonis omittat: ac proinde pro 27. Ioſue in-
ſcriptos, 17. reponere oportet.

3. S. Auguſt. infr. q. 4. citãdus Euſebium ſequi videtur; quod & D. Iulian. Ar- *2. Supputatio.*
chiepiſc. Tolet. facit lib. 3. contra Iudæos, excepto, q̃ 23. annos imputet Tholę,
nẽpe ſacris codicibus expreſſos. Eodem modo hoſce annos digerit Freculphus
niſi q̃ Ioſue det annos 26. & monent ſecundum Hebræos Ahialoni dandos 10.

4. Lyranus Iudic. xi. dat Moyſi 40. Ioſue, ſenioribus, primæ ſeruituti, Otho- *3. Supputatio.*
nieli 40. Aodo 80. Barac & Debborę 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 23.
Iairo 22. Oppreſſioni Ammoniticæ 18. Iephthe 6. Abeſan 7. Ahialoni 10. Ab-
doni 8. Samſoni 20. Heli 40. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 3.

5. Toſtatus in Prologo huius libri q. 9. dat Othonieli annos 40 Aodo 80. *4. Supputatio.*
Samgar, Deborę, Barac 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 23. Iair 22. Serui-
tuti 8. Iephthe 6. Abeſani 7. Abdoni 8. Ahialoni 10. Samſoni 20. Heli 40. Sa-
mueli 20. *Reliqui anni*, inquit, *qui deſunt de 480. ſunt qui effluxerunt, ab exitu de Ae-
gypto, vſq; ad tempora Iudicum, & à principio regni Saul, vſq; ad Salomonem.* Hæc paulo
fuſius repetit Iud. 3. q. 12. & Ruth c. 1. q. 2.

6. Hermãnus Cõtractus & Marianus Scotus dant Ioſue 26. Tholę 23. Ahia- *5. Supputatio.*
loni 10. Samueli 12. Sauli 20. In cæteris Euſebio aſſentiũtur. Ado Viennẽſis, aſſi-
gnat Moyſi 40. Ioſue 26. aut 27. Othonieli 40. Aod 80. Barac & Debboræ 40.
Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 24. Iair 22. Iephte 6. Abeſan 7. Ahialõ 10. Ab-
don 8. Samſon 20. Heli 40. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 3. Addit
Euſeb. 10. ãnos Ahialonis omiſiſſe, & ęquo plures ãnos, Ioſue Samueli & Sauli
tribuiſſe. Da Ioſue 17. ãnos, Tholæ 23. cætera ex Adonis rationibus cohærebũt.

7. Henricus Samerius in ſuis tabulis Moyſi numerat annos 40. Ioſue 27. Se- *6. Supputatio.*
nioribus, primæ ſeruituti, Othonieli 40. ſecundæ ſeruituti & Aodo 40. Tertiæ
ſeruituti & Barac 40. Seruituti 4. & Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 23. Iair 22.
Quintæ ſeruituti 18. Iephte 6. Abeſan 7. Ahialon 10. Abdon 8. Seruituti 6. Sam-
ſoni & Heli 40. Samueli 23. filijs Samuelis & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 4.
ſumma 480.

8. Genebrardus dat Moyſi 40. Ioſue 18. Othonieli 40. Aodo 80. Barac & *7. Supputatio.*

 Deb-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Debboræ 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iairo 22. Iephte 6.
ſan 7. Ahialon 10. Abdoni 8. Samſoni 20. Heli 40. Samueli & Sauli 40.
40, Salomoni 3. Vniuersè 480. Ego Ioſue 17. Salomoni 4. inſcribo,
merus 480. annorum procreetur.

8. Supputatio. 9. Iacobus Gordonus ad an. m. 2524. & ſequentes, Moyſi 40. tribuit,
26. primæ ſeruituti & interregno 10. Othonieli & ſecundæ ſeruituti 40.
& ſeruituti ſub Iabin 80. Barac, Debboræ ſeruituti ſub Madian 40.
40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iairo & quintæ ſeruituti 22. Iephte 6.
Ahialon 10. Abdon 8. Samſoni 20. Heli 20. Samueli 20. Sauli 20.
Salomoni 4.

9. Supputatio. 10. Torniellus anno m. 2591. largitur Moyſi annos 40. Ioſue 10. Se
7. Salomoni 4. in cæteris Genebrardo aſſentitur. Salianus in eo ſol
diſcrepat, quod Ioſue 17. Senioribus nullos ab Othonielis annis diſtin
linquat. Eodem computo vtitur Bonfrerius Ioſue vltimo, niſi quod
omnino improbabilem eſſe opinionem eorum, qui intra 17. annos
Moyſis proximè elapſos, ſeniorum ſuperſtitum tempora includunt,
XII. vel XIII. anni tantummodo Ioſue adſcribantur, reliqui vſque ad 17.
nioribus, vt Calebo, Eleazaro &c.

10. Supputatio. 11. Quorundam iuniorum opinio eſt, annos Ioſue, Seniorum, primæ
tutis eſſe partem illorum 40. qui Othonieli dantur Aodo tribuendos
deinceps prout Genebrardus computat vſque ad Heli, cuius vltimus
primus Arcæ in Cariathiarim ſeruatæ, vigeſimus autem incidat in prim
muelis & Saulis.

Concluſio. 12. Qui plures computandi rationes deſiderat, apud auctores repe
terit; ad meum propoſitum, quę iam allatæ ſunt mihi ſufficere videntur.
ſue annos 17. inde ad mortem Othonielis numero 40. Aodo 80. Barac
pertior, & ſic deinceps prout computat Salianus. Moyſi dandos eſſe
pro comperto habetur, & ſupra probatum eſt. Scriptura verò diſerte
vel potius incluſis ſeruitutum & interregnorum interuallis Othonieli
nos 40. *Iud. 3. v. 11.* Aod 80. ibid. v. 30. Barac. 40. cap. 5. v. 32. Gedeoni
v. 28. Abimelech 3. *cap. 9. v. 22.* Tholæ 23. *cap. 10. v. 2.* Iairo 22. *ibid. v.*
*cap. 12. v. 7.* Abeſan 7. *ibid. v. 9.* Eloni 10. *ibid. v. 11.* Abdoni 8. *ibid. v. 14.*
20. *cap. 15. v. 20.* Heli 40. 1. *Reg.* 4. v. 18. ex communi ſententia Samuel
populum gubernarunt annos 40. Dauid 40. 2. *Reg. 5. v. 4.* anno
Salomonis templum ædificari cœptum eſt. 3. *Reg. 6. v. 1.* quibus
ſi 17. adijciantur Principatus Ioſue, colligentur ab Exodo
ad Templi fundamenta anni
480.

## QVÆSTIO III.

### *De vario computo eorum, qui annos ſeruitutum Chronologicos eſſe volunt.*

1. PRimæ ſeruituti ſub Chuſan tribuit Scriptura 8. annos. *Iud.3.v.8.* Secun- *Summa*
dæ ſeruituti 18. ibid. v.14. Tertiæ 20. *cap.* 4. v.3. Quartæ 7. cap. 6. v.1. *generalis*
Quintæ 18. cap.10. v.8. Sextæ 40. cap.13. v. 1. ex quibus & annis Iudicum iam 474.
recenſitis conſiunt anni 474. quibus addendi ſunt anni Ioſue & Seniorum.

2. Q. Iulius Hilarion impertit Moyſi annos 40. Ioſue 30. ſeruituti primæ 8. *1. Supputatio.*
Othonieli 50. ſecundæ ſeruituti 18. Aodo 80, tertiæ ſeruituti 20, Barac & Deb-
boræ 40. quartæ ſeruituti 7. Gedeoni 60. (forte 40.) Abimelech. 3. Tholæ 22.
Iairo 22. quintæ ſeruituti 18. Iephte 6. Abeſan 7. ſextæ ſeruituti 40. Samſoni 20.
Semergar 1. Paci 30. Heli 20. Samueli 40. Sauli 40. Dauidi 40.

3. Clemens Alexand. Moyſi 40. Ioſue 27. primæ ſeruituti 8. Othonieli 50. 2.
ſecundæ ſeruituti 18. Aodo 80. tertiæ ſeruituti 20. Barac & Debboræ 40 quar-
tæ ſeruituti 7. Gedeoni 40. Abimelech 3. Bolean 25. quintæ ſeruituti 18. Iephte
6. Abatham ex Iuda 7. Ebron 8. Eglon 8. ſextæ ſeruituti 40. Samſoni 20. Heli
40. Samueli 27. Sauli 20. Dauidi 40. Salomoni 4.

4. Nicephorus Conſtantinopolitanus ab Exodo ad Dauidem colligit an- 3.
nos 630, è quibus Moyſi accenſet 40. Ioſue 27. Senioribus 33. primæ ſeruituti
8. Othonieli 40. ſecundæ ſeruituti 18. Aod 80. tertię ſeruituti 20. Barac & Deb-
boræ 40. quartæ ſeruituti 7. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iairo 22.
quintæ ſeruituti 18. Iephte 6. Eſebon 7. Ahialon. 10. Abdon 8. Samſoni 20.
Samueli & Sauli 40. Dauidi 40.

5. Seuerus Sulpitius Moyſi 40. Ioſue 27. à morte Ioſue vſque ad mortem 4.
Samſonis enumerat annos 419. Heli dat 20. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40.
Salomoni 4. ex quibus reſultat numerus 590. annorum.

6. Faſti Siculi an. m. 3877. notāt Exodum: anno verò 4507. regni Salomo- 5.
nis 2. initium Templi, quod intra octo annos perfectum aſſerunt, & ſubdunt:
colligitur omne tempus ab anno 81. Moyſi quo profectio ex Aegypto contigit,
vſque ad Salomonem & initium templi fabricandi annorum 630. Moyſi dant
40. annos, Ioſue 27. primæ ſeruituti 8, alteri ſeruituti & Othonieli 40. ſeruituti
ſub Moab 18. Aodo 56. Semergar 24. ſeruituti Chananææ 20. Debboræ & Ba-
raco 40 ſeruituti ſub Madian 7. Gedeoni 40. Abimelecho 3. Tholę 23. Iairo 22.
ſeruituti ſub Ammonitis 18. Iephte 6. Eſeboni 7. Æaloni 10. Labdoni 8. ſerui-
tuti Philiſthææ 40. Samſoni 20. Interregno & paci 40. Heli 40. Samueli 20.
Sauli 20, Dauidi 40, Salomoni 2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

6. 7. Compendium hiſtoriarum Cedreni Ioſue aſſignat 32. annos. Ioth-
thonieli & paci 40. ſeruituti 18. Aodo & paci 8. Samgar 7. Barac 40.
20. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 23. Iair 22. ſeruituti 18. Iepte 6.
Eglon 10. Abdon 8. Seruituti 40. Samſoni 20. Samanæ 1. Addit ea te
Sacerdotibus ſummam rerum adminiſtrantibus, 30. per annos populo
baris pacem fuiſſe. *Poſtea*, inquit, *eum per 20. annos Elis Sacerdos rexit.*
*Anno Samſonis ſeptimo, Pontifex declaratus fuit Elis: hic quinquagenarius Princi-*
*cepit, geſſitque annos 40. Quarto autem anno huius Principatus Samuel vato*
*octauo in Templum dedicatus, trigeſimo octauo cœpit iudicare Iſraelem, & m*
*tuus eſt, cum ſacerdotio functus eſſet annos 35.* Idem auctor infra aſſerit po
mum populi Ducem fuiſſe Calebum annos 30. inde ſecutam ſeru
ſopotamenam annorum 18. tum Othonielem præfuiſſe annos 40.
Moabitis 18. Aodum iudicaſſe 80. ſucceſſiſſe ſeruitutem Chananæ
rac & Debboræ certum annorum numerum non exhibet. Seruitut
ticæ impendit annos 7. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iair 22.
Ammoniticæ 18. Iephte 6. Eglon 10. Abdon 8. ſeruituti ſecutę 40. Sa
Samani 1. Anarchiæ 40. è quibus 30. pacis fuerint ſub Samane. Heli
muelem in Sacerdotio & populi gubernatione ſucceſſiſſe aperte
quæ proximè ſequuntur mutila ſunt. Paulo autem inferius, ait Saulem
muele 20. annos regnaſſe, & ſolum totidem. Dauide potitum regno
è quibus viuo adhuc Saule regnauerit 7. illo mortuo 33. Salomonem,
duodennis, regnum inijſſe, ac per annos 40. adminiſtraſſe, Templ
adorſum anno 2. regni ſui, obijſſe cum eſſet 73. annorum. Ex quibus
liquet, numeros aliquos apud Cedrenum corruptos eſſe, ac ideo Chr
præſidia aliunde petenda.

7. 8. Serarius Iud. 21. q. 7. annos Ioſue ait incertos eſſe primæ ſeru
thonielis 40. ſecundæ ſeruitutis 18. Aod 80. ſeruitutis tertiæ 20. Bar
uitutis quartæ 7 Gedeonis 40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iair 22. ſeru
tæ 18. Iephte 6. Abſeſau 7. Elon 10. Abdon 8. ſeruitutis ſextæ 40. Sa
ſummam omnium 410. Deinde 3. Regum cap. 7. inter Samſonem
annos interponit Heli 40. Saulis 40. Dauidis 40. Salomonis vſque a
fabricam 4. ponit: Ioſue vero & Senioribus 50. attribuit.

8. 9. Petauius lib. 9. cap. 33. ab Exodo ad Templũ fundatum compu
nos, ita vt ſint Moyſis 40. Ioſue 14. ſeniorum 10. primæ ſeruitutis 8. O
40. ſecundæ ſeruitutis 18. Aod 80. tertiæ ſeruitutis 20. Debboræ 40.
uitutis 7. Gedeonis 40. Abimelechi 3. Tholæ 23. Iairi 22. quinta
Iephte 6. Abeſanis 7. Elonis 10. Abdonis 8. ſextæ ſeruitutis 0. Samſo
li 20. Samuelis & Saulis 40. Dauid 40. Salomonis 4.

10. Quæres quid potiſſimum ſentiant Nouatores de annis Iudicum? Eo fe- 9.
rè conſpirāt vt ab egreſſu Aegyptiaco ad Templi ſtructuram annos 480. com-
putent; & ſic non omnes ſeruitutum annos ab eo tēporis ſpatio, quod ſingulis
iudicibus ſcriptura diſtribuit excludere poſſunt. Ex. ca. Guilielmus Xyliander
Exodum notat anno m. 2454. Templi fabricam 2934. Moyſi dat annos 40.
Ioſue & Othonieli 40. Aod 80. Debboræ & Baraco 40. Gedeoni 40. Abime-
lecho 3. Tholę 23. Iairo 22. Interregno 18. Iephte 6. Abeſani 7. Eloni 10. Abdoni
8. Samſoni 20. Eli 40. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 4.

11. Sethus Caluiſius 3. edit. à morte Ioſue vſque ad mortem Othonielis nu- 10.
merat annos 40. hinc ad obitum Aodi 80. Debboræ 40. Gedeonis 40. Abi-
melech 3. Tholæ 23. Iairi 22. cuius obitum notat anno m. 2766. deinde interpo-
ſita ſeruitute 13. circiter annorum, initium Ducatus Iephte confert in annum
2779. quem fatetur præfuiſſe annos 6. Abeſanem 7. Elonem 10. Abdonem 8.
Heli dat annos 40. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 4. Reijcit igitur
hic auctor ab annis Chronologicis annos 1. 2. 3. 4 ſextæ ſeruitutis, & Samſonis
iudicis, ſeruitutem quintam 13. circiter annorum à Iudicum temporibus diſtin-
ctorum inter Iairum & Iephten inſerit.

12. Quarta cura Bucholcerorum Moyſi pendit annos 40. Ioſue 24. Otho- 11.
nieli 40. Aodo 80. Debborę & Barac 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 23.
Iairo 22. Iephte 6. Abeſani 7. Eloni 10. Abdoni 8. Samſoni 20. Heli 40. Samue-
li cum Saule 40. Salomoni 4. Et addit Templum Salomonis conditum anno
ab exitu de Aegypto 480. ante Chriſtum 1037. Vnde patet non accuratè ſin-
gulis iudicibus ſuorum annorum numerum hic eſſe adſcriptum: ſiquidem anni
480. ex numeris iam recenſitis non reſultant.

13. Funccius Ioſue exhibet 32. annos. Othonieli 8. qua ratione ab exceſſu 12.
Moyſis ad Othonielis obitum ſupputat annos 40. ac in cæteris etiã Xyliandrũ
ſequitur ac diſertè occinit à morte Moyſis, vſq; ad Samuelem interueniſſe an-
nos 357. Ioannes Keplerus fundatum Templum aſſerit anno ante Chriſtum
999. exitum de Aegypto 1535. ſic ab Exodo ad Templum expandit annos 536.

14. Ex opinione Capelli anno m. 2573. Moyſes ſibi vendicat annos 40. Io- 13.
ſue 20. Seniores 10. Anarchia 10. Chuſanes 8. Othoniel 40. Eglon 18. Aod 8. Ia-
bin 20. Barac & Debbora 40. Madianitæ 7. Gedeon 40. Abimelech 3. Thola
23. Iairus 22. Iephte 6. Abeſan 7. Ahialon 10. Abdon 8. Samſon 20. ſaltem in-
choatos. Heli 40. Samuel 20. Saul 20. Dauid 40. Salomon 4. Aduertendum
eſt hunc auctorē 1. videri pro arbitrio modo hāc, modo illam ſeruitutē ab annis
Chronologicis excludere. 2. durã enallagen excogitare, qua pro octoginta an-
nis Aodi, octo duntaxat admittit: cur non hac ratione pro 40. vſurpat 4 in O-
thoniele aut Barac? 3. ſine ſufficienti ratione numerare 350. annos Act. 13. v.

20.

v.20. vbi alij cum vulgata editione & melioris notæ Græcis Codicibus
nus 450. legerunt. Taceo eum cum paucis initium Templi in annum
monis currentem reijcere.

14. 15. Alſtedius adiudicat Moyſi annos 40. Ioſue 17. Othonieli &
bus tot aſſignat, quot in Scriptura notantur. Eodem computo antea
Beroaldus, niſi quod Ioſue inſcribat annos 18. Cum Scaligero non
præſtitit Petauius: nec puto operæ precium plures hac de re huius
riorum opiniones referre.

## QVÆSTIO IV.

### *Vtrum anni ſeruitutis & pacis in libro Iudic[um] gnati contineantur numero annorum qui iudicibus tribuuntur.*

*Status quæſtionis.* 1. OThonieli dantur 40. anni, Aodo 80. & ſic de cæteris, prout ſupra
de quibus hic quæſtio eſt, vtrum v.g. annos 8. ſeruitutis Meſopo
næ includat tempus illud 40. annorum, quod Othonieli adſcribitur,
dicitur terra quieuiſſe 40. annis, & Othoniel obijſſe, Iud. 3. v. 11. ad e
dum, quo de diluuio quæſitum eſt, an 40. dies pluuiæ ſint penitus di
lis 150. quibus aquæ terram obtinuiſſe dicuntur. Difficultas inde or
ſacra Scriptura annos ſeruitutum ab annis pacis & iudicum ſeparare
è contrario verò ſi hoc admittatur, plures anni ab Exodo ad Templ
rientur, quam 480. contra numerum 3. Reg. 6. conſignatum.

*1. Opinio Reiicitur.* 2. Hanc difficultatem aliqui ſe euadere putant, dum aiunt illum
Reg. 6. eſſe corruptum: verũ id mihi hactenus perſuadere nõ potui,
omnia Latina, Hebræa, ac pleraq; Græca exemplaria eum numerum
norum repræſentant: quibus non aduerſatur editio Sixtina 70. Senio
440. exhibet, vt ſuo loco explicabo. Huc ſpectant quæ S. Auguſtin
ctoritate ſacri textus habet epiſt. 8. ad Hierony. his verbis: *Mihi vide
ſiſsimè credi aliquod in libris ſanctis eſſe mendacium, id eſt, eos homines per qu
ſcriptura miniſtrata eſt, aliquid in libris ſuis fuiſſe mentitos.* Et paulo poſt:
*ſemel in tantum auctoritatis faſtigium officioſo aliquo mendacio, nulla illo
particula remanebit, quæ non, vtcumque videbitur, vel ad mores difficilis, vel
credibilis, eadem pernicioſiſsima regula ad mentientis auctoris conſilium offici
tur.* Plura in hanc ſententiam ibidem habet & epiſt. ſequenti: quæ
exſcribentis transferri poſſunt. Peræquè enim vitio falſitatis nutab
re, ſiue mendacium, ſiue errorem in eis eſſe dixeris, vtrumlibet enim

ni viam aperit, qua poterit aduerſarius dicere exſcriptorem per quem hæc aut illa nobis *miniſtrata ſunt*, non quidem officiosè mentitum; imprudenter tamen ſcripſiſſe falſum. Vide Gen. 12. De Cainan iuniore q. 1. num. 13.

3. Suſpicari forte quiſpiam poſſet illo lib. 3. Reg. cap. 6. ſolos Iudicum annos recenſeri: ſed bene aduertit Salianus parum idoneum eſſe hoc perfugium; *2. Opinio reijcitur.* ibi enim abſolutè Templum ædificari cœptum anno 480. ab egreſſu de Ægypto: quod reuera falſum eſſet, ſi ſeruitutum anni non eſſent partes temporis paci & iudicibus attributi: ſic enim duratio ſeruitutum ad annos iudicum accederet, & numerum illum 450. annorum augeret. Hinc etiam Bonfrerius Ioſue vltim. ait ridiculum ſibi videri eorum aſſertum, qui plures annos quam 480. dicunt ab egreſſu de Ægypto vſque ad cœptam Templi ædificationem interfluxiſſe, Scripturam autem ſacram dum hunc numerum aſſignat, tempora Iudicum comprehendere, non tempora interregnorum. Imò aſſerit, *hoc eſſe Scripturæ ridiculam & inſulſam aſſertionem imponere.*

4. Communis vero ſententia eſt, quam omnino retinendam cenſeo tempora ſeruitutum annis Iudicum ita abſorberi, vt à tranſitu maris rubri vſque ad *Concluſio.* fundatum à Salomone Templum anni non plures effluxerint quam 480. Ita ſentiunt Hebræi, quorum traditionem recipit Euſebius in Chronico, S. Auguſtinus libr. 18. Ciuit. cap. 22. vbi tempora Iudicum 329. annis definit, nempe ab Othoniele vſque ad Samuelem, omiſſis 10. annis, quos Ahialoni tribuit Scriptura. Beda de ſex ætatibus, Vincentius libro 2. ſpecul. hiſtor. cap. 56. Toſtatus in Prologo huius libri & alibi. Hermannus Contractus, Marianus Scotus in Chronicis, Oſorius, Iſidorus, Sigonius, Genebrardus, addens hanc eſſe omnium ferè ſententiam, Hiſtoria Scholaſtica, Hugo, Lyranus, Carthuſianus, Iudic. 3. & 3. Reg. 6. Arias Montanus in Daniele, Bellarminus in Chronologia, Samerius anno mundi 2552. Gordonus in Othoniele, Barradius tomo primo, libro quinto, cap, 20. Adrichomius, Contius in Chronicon Nicephori, Naclanthus lib. Arcanorum Chriſti de 4. mundi ætate, Freculphus in Chronico, Sanctius 3. Reg 6. Franciſcus Haræus, Bonfrerius, Ioſue 24. verſ. 29. Torniellus anno mundi 2591. numer. 17. vbi aſſerit alteram ſententiam omnino reijciendam eſſe tanquam erroneam, Salianus ann. m. 2601. numer. 2. qui bene etiam huc aduocat Riberam, Lucidum, Mercatorem, Beroaldum, Temporarium, Brughthonum, quibus ſe adiungunt Bucholceri, Funccius, Xyliander, Caluiſius, Capellus, Alſtedius, Conradus Pauel. Nonnulli quidem ex his auctoribus vnam ſeruitutem ab annis Iudicum ſeparant; ita tamen vt illum 480. annorum numerum non excedant. Ratio huius ſententiæ eſt, quia nulla ratio affertur, quo minus

illud 3.Reg.6. de annis 480. à tranſitu maris rubri ad cœptam Templi fabri-
cam elapſis proprie accipi poſſit, vt ex argumentorum ſolutione ſuis loco pa-
tebit.

*Confirmatur.*

5. Confirmant nonnulli hanc computationem ex eo, quod ſi omnia inter-
ualla de quibus hic agitur annis Iudicum addenda forent colligeretur à na-
tiuitate Rahab ad natiuitatem Dauidis anni non pauciores 500. colligerentur
eſſent enim ab initio Othonielis ad finem Heli 450. anni, vt ſupra dedu-
ex tempore Samuelis & Saulis addendi forent 10. anni, (Dauid namque
30. annorum, quando mortuo Saule regnum adijt) ſeruitutis Meſopotamiæ
næ 8. tum Ioſue, Seniorum ac ætatis Rahab vt minimum 24. Rahab
dubio 14. aut plures annos habebat quando exploratores ad eam
runt; nec pauciores anni quam 10. Ioſue debentur. Fac igitur (quod
duriuſculum videtur) Booz anno ætatis ſuæ 130. genuiſſe Obed, h
dem annos habuiſſe, cum genuit Ieſſe, & hunc totidem naſcente Dauide
natiuitate Booz, ad natalem Dauidis putabuntur anni 390. hos tolle
remanebunt 110. ætatis Rahab, quando peperit Booz proauum Dauidis
creditu non eſt procliue. Multo autem faciliores ſunt eorum rationes, qui
duntaxat annos ab egreſſu Ægyptiaco ad Templi fundationem agnoſcunt
pluribus in lib. Ruth explicabo.

*Diſſidium aduerſariorum inter ſe.*

6. Ex ijs autem Scriptoribus, qui annos ſeruitutum Chronologi
ſe volunt, hoc eſt, diſtinctos ab annis Iudicum & pacis identidem
nonnulli omnes ſeruitutes ſeparatim computant, vt Q. Iulius Hil
Clemens Alexandrinus: quos imitatur Nicephorus Conſtant. exc
tima ſeruitute, Petauius & Capellus exceptis duabus poſtremis. E
qui annos iſtos 480. retinent aliqui penultimam tantum ſeruitutem
Iairum & Iephten inſerunt, vt patet ex authoribus, q.2. num.7. & q.
& ſeq. relatis.

---

## IVDICVM II. v.7. & 11.

*Seruierunt Domino cunctis diebus eius, & Seniorum qui longo poſt eum vixerunt tem-
pore.* Eadem clarè habentur, Ioſue 24. verſ.31. *Seruiuit Iſrael Domino
diebus Ioſue & Seniorum, qui longo vixerunt tempore poſt Ioſue, & qui nouerant
opera Domini, quæ fecerat in Iſrael.* Iſtis autem mortuis dicuntur Iſrae-
litæ *feciſſe malum in conſpectu Domini & ſeruiſſe Baalim.*
verſ. 11.

## QVÆSTIO V.

### *Quomodo anni Seniorum & primæ ſeruitutis ad tempus Othonielis ſe habeant.*

*Qui hic dicantur Seniores.*

1. NOtan. 1. Per hos Seniores intelligi poſſe, non eos ſolos, qui mortuo Ioſue fermè vſque ad ſeruitutem Meſopotamenam ſuperſtites fuerunt, vt bene Abulenſis Iudic. 2. qu. 12. ſed etiam aliquos qui poſtea vixerunt, ſaltem vſque ad finem Othonielis, quando Hebræi ab Othoniele ad frugem reducti aliquamdiu ita vixerunt, vt præcipua pars populi verum Dei cultum vt minimum publicè retinerent, non obſtante, priuata fortè quorundam idololatria, vt notat Gordonus cap. 9. num. 8.

*Prologus lib. Iudicũ*

2. Notan. 2. Non omnia, quæ Iudic. cap. 2. enarrantur inter obitum Ioſue & principatum Othonielis contigiſſe: hîc enim per modum Prologi nonnulla afferuntur, quæ varijs temporibus geſta ſunt, & fatius ſequentibus capitibus explicantur, vt apparet verſ. 16. & ſequentibus. Nonnulla etiam repetuntur, quæ ſub Ioſue acciderunt, nempe verſ. 23. Hinc Abulenſis q. 1. monet, hoc capite non ſeruari temporis ordinem, ſed tantum narrari, quæ ad Iudicum ſucceſſionem ſpectant: quæ verò ordine temporis geſta ſunt, eorum hiſtoriam inchoari ad medium capitis tertij.

*Lapſus Hebræorũ mortuo Ioſue.*

3. Notan. 3. Defuncto Ioſue Hebræos non ilico in Idololatriam prolapſos: prius enim conſulto Numinis oraculo aliqua bella geſſerunt. In eo autem primò deliquerunt, quod gentes aliquas, quæ Dei iuſſu ad internecionem delendæ erant, ſeruarint incolumes, vt cap. 1. & 3. cernere licet. Deinde quod ſocietatem & connubia vetita cum iiſdem gentibus iniuerint, cap. 3. verſ. 6. Denique quod ad cultum idololatricum defluxerint, ibid. & v. 7. Quas ob cauſas Dei permiſſu Chuſan Rex Meſopotamiæ eos in octennalem ſeruitutem redegit, verſ. 8. ſub cuius ſeruitutis finem, cùm pœnitentes filij Iſraël opem diuinam implorasſent, *ſuſcitauit eis Saluatorem, & liberauit eos*, videlicet per Othonielem verſ. 9. qui cum Tyrannum oppreſſiſſet, terra annos 40. quieuiſſe, & Othoniel obijſſe, dicitur v. 11.

*1. Seruitus cœpit aliquãdiu poſt mortẽ Ioſue.*

4. Ex quibus hoc vnum clarè deducitur, pluſquam vnum annum ab exceſſu Ioſue vſque ad inceptam oppreſſionem ſub Rege Chuſan decurriſſe: hoc autem tempore, quod plerique interregnum vocant, indubitatum videtur, ſenes aliquos, in ſingulis, aut ſaltem pluribus fuiſſe tribubus, qui exemplo & auctoritate ſua populum in officio aliquamdiu continuerint, & negotia bellica tractarint. Si enim tunc non fuerunt Senes, *qui nouerant omnia opera Domini,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quæ fecerat in Iſrael:* tempus, quo poſt Ioſue ij extiterint aſſignari non po[illegible] Verum quot anni poſt mortem Ioſue hiſce heroibus debeantur, varij [illegible] pinantur.

*Opiniones hac de re.*

5. Gordonus duos circiter annos inter Ioſue obitum & iſtam [illegible] tem inſerit. Torniellus primùm annos 10. tribuit Ioſue, tum iſtis Se[illegible] bus 7. Petauius Ioſue præfecturam annis 14. definit, deinde per [illegible] nium Seniores ſubrogat, tum ſeruitutem Meſopotamenam octo an[illegible] ſubſtituit, ac tandem iudiciariam poteſtatem Othonielis, 40. annorum [illegible] pacto, à morte Moyſis ad obitum Othonielis effluxerint anni 71. [illegible] nec Ioſue nec Seniorum annos ſeparat ab ijs, qui Othonieli dantur, [illegible] rum nonnulli ſenioribus iſtis à morte Ioſue largiuntur 17. annos, [illegible] Nicephorus Conſtant. 33. Seder Olam cap. 12. & Iulius Hilarion [illegible] ſed ab annis Ioſue non diſtinctos. Longum nec admodum vtile [illegible] gulorum hic opinationes referre. Salianus denique annos Seniorum [illegible] terregni, præuaricationis populi, & ſeruitutis ſub Chuſan ad 30. O[illegible] annum protrahi poſſe concedit, inde annos 10. ſtabiliendæ & fru[illegible] ci enumerat, ac bene monet, ſe in diſpertiendis 40. annis Othoniel[illegible] ptis, non proferre exploratiſſimam veritatem, ſed probabilibus [illegible] coniecturis niti. Bonfrerius Ioſue vltim. verſ. 29. annos ſeniorum [illegible] reijci poſſe in annos priores Othonielis, eo ferè modo, quo Salianus [illegible] non eſſe tamen improbabilem eorum opinionem, qui intra 17. anno[illegible] adſcriptos Seniorum ſuperſtitum tempora includunt: ita vt 11. vel [illegible] anni tantummodo tribuantur Principatui Ioſue, reliqui vſque ad 17. [illegible] ribus, vt Calebo, Eleazaro, & ſi qui alij adhuc ſupererant ex ijs, qui [illegible] ſu ex Ægypto iam 20 annum exceſſerant, & admiranda prodigia, quæ [illegible] Ægypto patrarat viderant, vt legitur Ioſue 24. v. 31.

*Obiectio.*

6. Sed contra communem ſententiam, quæ ab Exodo ad Temp[illegible] nos 480. recenſet, obijcit non nemo, tam euidentem ac diſertam eſſe [illegible] dicum auctoritatem, quæ plures annos huic ſpatio tribuit, vt ſeruitutum [illegible] terregnorum illa confuſio, quam communis ſententia inducit, violenta [illegible] pturæ ipſi contraria videatur. Nam Iſraëlitæ Regi Chuſan 8. annis ſerui[illegible] quàm Deus Othonielem ad tyrannidem opprimendam ſuſcitaret: tum [illegible] 40. annis quieuit. Quin imò Iſrael ante ſeruitutem Meſopotamenam [illegible] *no* ſeruiuit diebus Seniorum, qui longo vixerunt tempore poſt Ioſue. [illegible] verſ. 7. *Velim*, inquit, *mihi reſpondeant, ſitne idem Iſraelem Domino ſeruire, &* [illegible] *malum in conſpectu Domini?* Vnde concludit, dandos eſſe Senioribus [illegible] ſeruituti 8. quieti terræ alios 40. atque ita à morte Ioſue ad finem p[illegible] ſub Othoniele fuit, anni 58. computandi erunt. Hoc tamen telum [illegible]

declinari, aut explicationis non vſitatæ clypeo excipi, aut etiam forte ſimili caſu in aduerſarium retorqueri poteſt.

*Reſponſio.*

7. Declinabitur, ſi quis neget 10. annos ab obitu Ioſue ad primam ſeruitutem elapſos eſſe: vnde enim conſtat Ioſue præfecturam 14. annis geſſiſſe, & inde vſque ad iſtam ſeruitutem decennium effluxiſſe? quo iure tu 10. annos hic numeras, alius 8. plures, paucioresve numerabit. Deinde eſto, ſint 18. anni poſt mortem Ioſue, vſque ad id tempus, quo Deus Othonielem populo vindicem excitauit; non idcirco tamen communis ſententiæ patroni eo adigerentur, vt concedant idem eſſe ſeruire Domino, & facere malum in conſpectu Domini. Imò admittunt prius aliquot annos ſeruitum Domino, quam peccatum idololatriæ commiſſum, deinde octénium ſeruitutis tranſactũ, quàm pax & quies terræ obueniret, & Othoniel moreretur; affirmant nihilominus annos quibus terra quieuiſſe dicitur, non ad ſolam quietem adæquatè, ſed ad ſeruitutem etiam & tempus ſeniorum referendos eſſe, ſicut Exodi 12. v. 40. iuxta vulgatum & Hebræum textum 430. anni, quibus filij Iſrael in Ægypto habitaſſe dicuntur, ad peregrinationem Iacobi, Iſaac, Abrahæ in Chananitide extenduntur. Adſcribuntur enim iſti 430. anni, moræ in Aegypto, non quod omnibus iſtis annis Hebræi in Aegypto morati ſint, ſed quod iſtos annos ibi compleuerint. Dicat, velim, qui communem ſententiam ſacræ paginæ contrariam eſſe contendit; ſitne idem Abraham & Iſaac in Chananitide peregrinari, & filios Iſrael in Aegypto habitare? attamen tempus quo iſti Patriarchæ Chananæam incoluerant, eſt pars non habitationis in Aegypto, ſed illius 430. annorum numeri quibus Iſraelis filij in Aegypto commorati dicuntur. Pari modo communis ſupputatio non confundit tempus ſeruitutis, cum tempore quietis, ſicut confundi non debent 130. anni, quos Iacob in Aegyptum deſcendens habebat, cum annis, quibus eius poſteri in Aegypto fuerunt: nihilo tamen minus anni illi 130. cum alijs vnam in ſummam 430. annorum coaleſcunt. Ita 40. annorum collectio Iud 2. v. 11. expreſſa, non eſt ſolius quietis terræ; ſed earum etiam rerum, quæ à verſu 5. incluſiuè, vſque ad 12. excluſiuè poſt exceſſum Ioſue, geſtæ narrantur, vt ſit ſenſus: tempus quo mortuo Ioſue Hebræi cum Chananæis, & alijs populis ibi recenſitis habitarunt, partim Deo, partim Baalim & Aſtaroth ſeruierunt, à rege Chuſan oppreſſi fuerunt, & terra quieuit; 40. annorum δμάδα conſtituit. Sicut igitur 70. ſeniores textum Hebræum de habitatione filiorum Iſrael in Aegypto interpretati ſunt; ita S. Auguſtinus & alij paulo ante q. 4. nu. 4. laudati quietem terræ ſub Othoniele non inuſitata interpretatione explanare poſſunt, & dicere non ſic eſſe accipiendum, quaſi hos omnes annos terra quieuerit, ſed quia 40. annos, qui ab exceſſu Ioſue tranſierunt, quies terræ compleuit, vt in ſimili ex S. Auguſtino

notaui capite 11. Geneſeos extremo. Itaque tempus afflictionis non eſt pa
norum quietis, eſt tamen pars eorum annorum, quos terræ quies termin

*Confirmatur.*

8. Velim igitur aduerſarius Pareo reſpondeat, quæreti, ſitne idem Abra
Iſaac, Iacobum in Chananitide verſari, & filios Iſrael in Ægypto moran
tata 70. Seniorum interpretatione Parei petitionem declinauerit; eade
temur. Denique qui ab obitu Heli ad Enthroniſmum Dauidis annos
putat, hunc nodum ſoluere debet, ſi rogetur an ſit idem Rempublic
rum iudice Samuele per 20. & aliquot annos gubernari, & eis Saul
dari. Vide, quomodo *manſerit apud Danitas Idolum Michæ omni tempori,*
*mus Dei in Silo.* Iud. 18. v. 31. Quam doctrinam Petauius lib. 12. cap. 26.
confirmat: *De ætate Iudith paucu accipe. In calce libri manſiſſe dicitur in dom*
*centum & quinque, quod ſic intelligendum eſt vt ad centeſimum quintum ætat*
*hæſerit, non vt poſt coniugis obitum, tot annos vixerit. Quæ quidem loquendi ra*
*quens eſt in ſacris literis: vt cum Exodi 12. v. 40. habitaſſe dicuntur Iſraelitæ in Ægy*
*ri annis 430. hoc eſt τῆς διαδόσ partem poſtremam in Aegypto tranſegiſſe. Ita*
*uitatis annos poſtremæ parti interualli illius attributos eſſe ſuo loco docuimus.* Hæ

IVDICVM III. v. 8. & 11.

IRatuſque contra Iſrael Dominus tradidit eos in manus Chuſan Raſathaim regi
*tamiæ, ſeruieruntque ei octo annis.* Hoc temporis ſpatium eſt pars illorum
norum, de quibus ibid. v. 11. *quieuitque terra 40. annis, & mortuus eſt Othon*
ctum q. præcedenti.

## QVÆSTIO VI.

## *De annis 2. 3. 4. ſeruitutis ad tempora Iudicum reuocandis.*

*Declaratur quæſtio*

1. SEcunda *ſeruitus* fuit Moabitica de qua Iud. 3. v. 14. *Seruieruntq; filij*
*regi Moab decem & octo annis, & poſtea clamauerunt ad Dominum, qui*
*eis Saluatorem vocabulo Aod.* Ab hoc Aodo dicitur *humiliatus Moab, & terra*
*quadraginta annis.* v. 30. Rurſus poſt mortem Aod, cum Hebræi ſuis c
iram Dei in ſe concitaſſent, oppreſſi fuere 20. annos à rege Chanaan,
c. 4. v. 2. Et hæc eſt *tertia ſeruitus* ſub Iabin, quo deuicto, *quieuit terra per*
*ta annos.* c. 5. v. 32. *Quarta ſeruitus* fuit ſub Madian. 7. annorum. c. 6. v. 1.
*terra quieuit per 40. annos, quibus Gedeon præfuit.* c. 8. v. 28. Non videtur a
fuiſſe Gedeon antequam libertatem populo aſſeruiſſet, exactis 7. ann
ſeruierat Madianitis. Vnde nonnulli, vt Q. Iulius Hilarion, Nicephor
Cedrenus, deducunt annos ſeruitutum non ſpectare ad numerum an
quibus terra quieuiſſe ſcribitur. Addit Petauius lib. 9. c. 32. *tam expreſſa*
*ſtimonia, vt non ſine audaci aliquo facinore, imò verò manifeſta diuinatione,*

*ſunt illata vi ſuum in ſenſum ab communis ſententiæ patronis inflecti poßint.*

1.Communis nihilominus ſententię patronis ſupra q.4.nu.4.laudatis aſſen- *Concluſio.*
tior,qui annos harum ſeruitutum negant Chronologicos eſſe: ſiquidem anni
eorum, eo modo ad annos iudicum reuocari poſſunt, quo q. præcedenti tem-
pus primæ ſeruitutis ad annos Othonielis reductum eſt. Nempe terra ſub Aod
quieuiſſe dicitur 80.annis,nō quod illa quies totos illos 80. annos tenuerit,ſed
eos compleuerit. Sicut enim Iudith cap.16.v.28. dicitur manſiſſe in domo viri
ſui annos 105.quia iſtos annos ibi finiuit:ita quies terræ ſub Aod compleuit an-
nos 80.quibus veriſimile eſt Iſraelis filios aliquandiu perperam egiſſe, & ſic
cauſam dediſſe cur poſtea Moabitis ſeruirent,qua ſeruitute excuſſa pax &quies
durauit,donec complerentur anni 80.ab obitu Othonielis,vt præter alios latè
diſputat Bonfrerius Iud.3.v.11.

3. Simili ratiocinio ab exceſſu Aod vſque ad finem pacis per Debboram & *De 3.ſer-*
Barac à Deo conceſſæ ſupputantur 40.anni:inde totidem ad obitum Gedeo- *uitute.*
nis. Nec eſt,quod aduerſarij vrgeant verba illa vulgatæ editionis: *quibus præfuit*
*Gedeon*,cum nihil aliud indicent,quam pacem iſtā fuiſſe *in diebus Gedeonis*, vt ha-
bent Hebræa & Græca. Quod verum eſſe poterit, licet Gedeon iudicem non
egerit, antequam 7. anni ſeruitutis eſſent euoluti: hoc enim ſeptennium qua-
draginta annorum ſpatio quibus terra quieuiſſe dicitur tanquam pars illius
temporis continetur,ſicut 20.anni quibus Arca fuit in Cariathiarim, ſunt pars
illorum 40.annorum,qui Sauli tribuuntur, Act. 3.v.21.

4.Quocirca illi auctores qui cū Petauio ab Heli obitu vſq; ad Enthroniſmū *Confirma-*
Dauidis 40.duntaxat annos computāt, & ita ſacrum textum interpretantur vt *tur 1.*
illos 40.annos quibus Deus Saulem populo regem dedit,nō vnius Saulis fuiſſe
de cano;ægrè ferre non debent,ſi communis ſententiæ defenſores putent annos
40.quibus tempore Gedeonis Deus quietē terræ indulſit,non fuiſſe adæquatè
ſolius pacis,ſed totius tēporis,quo à morte Barac vſq; ad Gedeonis obitū præ-
terijt;eſto fortè Gedeon non prius iudicis officio functus ſit,quā tranſactū fuiſ-
ſet oppreſſionis ſeptenniū, ſicuti neq; Deus Hebræis Saulē dedit, quā ipſi regē
poſtulaſſent, illis 20.an.iam exactis,quibus mortuo Heli Arca in Cariathiarim
commorata fuerat. Quemadmodū igitur *ſine audaci facinore* an.40.qui Sauli tri-
buuntur ab Heli interitu computari poſſunt:ita 80.anni, quibus labētibus terra
quieuiſſe ſcribitur,*ſine vi S.ſcripturæ illata*,ab Othonielis morte deducere licebit.

5.Adhæc,ſi boni auctores qui ante excidiū Ieroſolymitanū annos 70. ſerui- *Confir.2.*
tutis Babylonicæ auſpicantur,ſine inſigni facinore bonū in ſenſum adducūt di-
uina verba,quibus terra dicitur cunctis diebus deſolationis egiſſe Sabbatū vſq;
dū complerētur 70.an.2.Par.36.v.21.ita cōmunis ſententiæ propugnatores te-
ſtimonia quę aſſerūt terrā quieuiſſe 40.vel 80.an.cōmodè interpretari poſſunt.

V.E

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vt enim terra non totis adæquatè 70. annis, ſed currentibus illis, donec
rentur egit ſabbatum; ita quieuit annis 40. quibus Gedeon non totis, ſed
tibus prȩfuit. Rem paucis complector: quo ſenſu nec pauci, nec ignobile
tores cum Petauio interpretantur 40. Saulis annos, 70. Babylonicæ
& 430. habitationis Aegyptiacæ iuxta vulgatam & Hebræam edition
ſanum in ſenſum adduci poſſunt 40. anni pacis ſub Othoniele, 80. ſub
ſub Barac, totidemque ſub Gedeone abſque eo, quod anni ſeruitutum
tim computentur.

Confir. 3. 6. Præterea mortuis ſenioribus, aut mox, ſine vllo prorſus inter
poris, *prima ſeruitus* cœpit; ſublato Othoniele *ſecunda*, defuncto A
Barac & Debbora ex hac vita ſubtractis *quarta*; aut aliquid tempor
ſit? Si prius aſſerueris, iure quiſpiam mirabitur, quomodo illis extinct
guo quidem temporis interſtitio Hebræi in officio manſerint, ſed con
Deum deſeruerint, & ſimul in ſeruitutem inciderint, ita vt ne vnicu
annus poſt mortem ſeniorum, & priorum iudicum interuenerit, qu
tim in Dei cultu perdurarent, partim ſuis ſceleribus pœnam mereren
quam eam ſentirent. Imo ſcriptura indicare videtur aliquantum temp
terceſſiſſe. Nam *poſt Aod fuit Samgar* Iud. 3. v. 31. *addideruntque filij Iſrael fa*
*lum in conſpectu Domini poſt mortem Aod, & tradidit eos Dominus in manus*
4. v. 1. & 2. Credibile eſt, eos aliquandiu vt decebat vixiſſe antequam
*malum*, & aliquo temporis ſpatio ſceleſtam vitam egiſſe, antequam
annorum pœna infligeretur.

7. Si conceſſeris ſpatium aliquod v. g. ab obitu ſeniorum, vſque ad
ſeruitutem intercurriſſe; ſed annis ſeruitutum abſorberi: eneruabis a
contra communem ſententiam ex eo deſumpta, quod Scriptura an
turum à iudicum temporibus diſtinguat. Eadem enim Scriptura tem
uaricationis ab annis ſeruitutum indicat eſſe diſtinctum: idcirco æque
te tempus quo bene ac poſtmodum perperam ſe geſſerunt Iſraelitæ
uitutum abſorbes, quàm ſi durationem ſeruitutum annis iudicum
Non eſt igitur culpanda communis ſupputatio quæ ab exceſſu Oth
mortem Aod annos 80. numerat, quibus totum illud tempus quo He
tim probè partim improbè egerũt, partim ſeruitute preſſi, partim pac
te fruiti ſunt. Etſi verò forte dici poſſit, mox ab Othonielis obitu Heb
liquiſſe, ante tamen eius mortem id contigiſſe, non videtur: *ſcelera*
*rexerat, & quoad vixit coercuerat*, inquit Serarius in Othoniele.

8. Ex dictis colligitur *primò*, haud bene tempora oppreſſionum ad
1. *Corollarium.* dicum reuocari, eo modo quem proponit Gordonus: nam vt cætera
quæ ex dictis facile reſolui poſſunt, certum eſt ſeruitutem ſub Iabin

incubuiſſe poſt mortem Aod, vt patet Iud. 4. verſ. 1. & ſic anni 80. qui paci tribuuntur per Othonielem obtentæ, ad eius obitum finiti ſunt, antequam poſt eum Samgar exurgeret, & Iſraelitæ regi Chanaan ſubijcerentur.

9. Colligitur 2. non ſatis claram videri eorum explicationem, qui *2. Corollarium.* aſſerunt in libro Iudicum cardinales numeros pro ordinalibus poni, vt cum *terra 40. annis quieuiſſe* narratur, idem ſit ac ſi diceretur, *anno quadrageſimo*. Non eſt enim rationi conſonum vnius tantum anni quietem illam fuiſſe. Quod ſi dixeris terram, non illo ſolo anno quadrageſimo, ſed aliquot etiam antecedentibus annis, vſque ad quadrageſimum in pace degiſſe, tandem tibi redeundum erit, ad allatam interpretationem, nempe quietem illam non totos 40. annos occupaſſe, ſed compleuiſſe.

10. Nec admodum ſatisfaciunt, qui terram 40. annos quieuiſſe, ita accipiunt, ac ſi ſcriptum eſſet, totam fermè aut maiorem illorum annorum partem prælijs caruiſſe, quamuis Iſrael tyrannidis iugo premeretur: nam Scriptura quietem ſeruituti opponere videtur. *Tacita obiectioni fit ſatis.* Oppreſſio & ſeruitus quietem non indulgent. Magnus motus eſt ſeruitus: idolorum adoratio, veterum inſtitutorum perturbatio, populi oppreſſio & ruina non bene quietis nomine ſignificantur. Et ſanè 20. annorum oppreſſio, mediam temporis partem occupat, quod Baraco & Debboræ aſſignantur.

## IVDICVM III. v. 11.

1. *Quieuit terra quadraginta annis*, ita nempe vt Præfectura Othonielis, & pax per eum acquiſita non totos 40. annos continuerit, ſed terminarit, vt notaui quæſt. præced. præſertim numer. 5. Imò valde probabile eſt, hiſce 40. annis non ſolum pacis & primæ ſeruitutis tempus contineri, ſed illud etiam quo Hebræi ante oppreſſionem partim verum Dei cultum retinuerunt, partim eo neglecto *fecerunt malum in conſpectu Domini*, vt dicitur verſ. 7. Neque enim ſimulac idolis ſeruire cœperunt, confeſtim ira Dei pœnam ſeruitutis inflixiſſe videtur, vt inſinuat verſ. 7. *Obliti ſunt Dei ſui, ſeruientes Baalim & Aſtaroth.* Vocabulum *ſeruientes* aliquam idololatriæ moram denotat.

2. Hinc bene deducunt Abulenſis hic quæſt. 30. & Salianus an. m. 2941. numer. 2. inter Othonielis obitum, & ſecundam ſeruitutem pauculos ſaltem annos interueniſſe, iuxta illud cap. 2. v. 19. *Poſtquam autem mortuus eſſet iudex reuertebantur & multo faciebant peiora, quam fecerant patres eorum, ſequentes Deos alienos, ſeruientes eis.* Quot autem annis mortuo Othoniele, ſecuti ſint Deos alienos ſeruientes eis, incompertum eſt: cōcede ſi placet vnius alteriuſue anni ſpatium, & fatere eos, qui tempus ſeruitutum ab annis iudicum ſeparant, non ha-

bere efficacem rationem cur id faciant, niſi etiam aliquot annos ſepon...
Iolatriæ ab Hebræis ſubinde reſumptæ, quod tamen ſaluis ſuis ratiocinijs...
re nequeunt.

## IVDICVM III. v. 30.

*Quomodo id accipiendum.* 1. *Et quieuit terra octoginta annis.* Q. Iulius Hilarion, Clemens Alexand... Nicephorus Conſt. & aliqui è recentioribus hos 80. annos ſeiungunt à ... re, quo *ſeruierunt filij Iſrael Eglon regi Moab decem & octo annis.* Iud. 3. v. 14. Com... nis vero ſententia durationem ſeruitutis Moabiticæ hiſce 80. annis ... modo, quo iam verſ. 11. dicebam primæ ſeruitutis interuallum ſpatio ... 40. comprehendi. Quo fit, vt hos 80. annos ab exceſſu Othonielis, ad ... Aodi ſupputandos exiſtimem, cum Euſebio, S. Auguſtino, Sulpitio, Bed... ne, & alijs q. 4. num. 4. recenſitis. Paucos enim admodum reperire eſt, qui hoſce 80. annos ad tempora iudicum accommodent.

*Obiectio.* 2. Dicet quiſpiam: S. Auguſtinus in hunc locum q. 19. ſic ſcribit: *Qua... annos quieuiſſe terram promiſſionis à bellis ſub Othoniele iudice Scriptura teſtatur, ... temporis primordia Romani Imperij ſub Numa Pompilio tantum modo rege pacata ... potuerunt.* Et q. 24. *Sub iudice Aod 80. annos pacem habuit Iſrael in terra promiſ... duplicato ſcilicet tempore quam fuit memorabile ſub Romanorum rege Numa Pompi...* go ex ſententia S. Auguſtini tempora ſeruitutis primæ & ſecundæ non ...

*Reſponſio.* duntur annis 40. Othonielis & 80. Aod. Verum ſi de huius ſancti ſenſ... dicendum eſt idem eum ſenſiſſe, quod tradit Euſebius, vt patet ex lib. 18. ... cap. 22. Hic autem quæſtiones mouet potius, quam reſoluit, vt alibi ... Retractationem annotaui.

*Declaratio.* 3. Abulenſis Iud. 3. q. 12. videtur alludere ad doctrinam S. Auguſtini, ... retuli Gen. 11. v. vltimo, dum ſic ſcribit: Fuit ſecundus Iudex Aod, ſub quo ... putantur 80. anni, non quod omnibus annis præfuerit, ſed quia totum ... pus, quod fuit à morte Othonielis, vſque ad principium Aod finitum, ... norum 80. Et in hoc includitur tempus illud, quod fuit ſine iudice: nam ... tuo Othoniele, non fuit ilico conſtitutus in iudicem Aod, ſed manſ... quouſque Iſraelitæ oppreſſi ab hoſtibus, eguerunt duce. Computan... ſub hoc anni 18. quibus oppreſſi ſunt Iſraelitæ à rege Moab. Hæc ibi.

4. Hinc ſe prodit audacia Capelli, qui ab obitu Othonielis vſque ... tum Aodi non niſi 26. annos repræſentat, quorum 18. ſeruituti ſub Eglo... buit, octo reliquos ipſi Aodo, contra omnium Chronologorum, ... ſacræ Scripturæ interpretum ſupputationem, imò contra irrefragabi... textus Hebræi, Græci, Latini auctoritatem, quam ſine fronte eludere ... dum fingit Enallagen numeri, & octo pro octoginta obtrudit. Sic ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sectarijs obuius & indubitatus eſt ſacrarum literarum ſenſus. Vide notata q.3. num 11.

## IVDICVM III. v. 31.

*Poſt hunc fuit Samgar filius Anath.* Faſti Siculi an. m. 4018. & 4042. tribuunt Aodo annos 56. Samgari autem 24. Verum præter alios bene aduertunt Toſtatus hic. q. 31. Torniellus an. m. 2720. Salianus a. 2695. ex communi auctorum ſupputatione Samgarem non integro anno Iudicis ſiue Vindicis munus obiiſſe. Scriptura enim hoc loco facta Samgaris mentione, mox initio cap. 4. ea proſequitur, quæ diſertè, ait poſt mortem Aodi contigiſſe. *Quia* nimirum *breui admodum tempore Samgar Iſraelis Ducatum tenuit*, inquit Menochius Iud. 4. initio. Hinc Ioſephus lib. 5. Antiq. cap. 5. aſſerit Samgarem primo ſuæ Præfecturæ anno obiiſſe, Hebræi in Seder Olam nullum ei tempus adſcribunt, ſed tantum notant ſub finem dierum Aod eum fuiſſe, nempe extremo annorum qui Aodo adſcribuntur vel finito, vel labente: ſiquidem monet Scriptura Samgarem poſt Aodum extitiſſe. Exiguum autem hoc temporis ſpatium, quo Samgar viguit, aliqui ad annos Aodi referunt, alij tempora Debboræ & Barac, & his magis aſſentior. *Quamdiu præfuerit Samgar.*

---

## IVDICVM IV. v. 4.

1. Erat Debbora Prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore.* Quo nimirum ſæuiebat vicennalis illa oppreſſio ſub Iabin, de qua v. 3. Vnde ſatis clarum habemus è Scriptura indicium, quo ex communi ſententia hoſce 20. annos ſeruitutis Chananææ illo 40. annorũ ſpatio incluſos putemus, qui Debboræ & quieti terræ adſcribuntur. Hinc Menochius notat Debborã ſine principatu iudicaſſe populum: *nam ante bellum*, inquit, *id non tuliſſent Iabin & Siſara.* Nec valet quorundam effugium, qui verba illa; *in illo tempore*, ſic explicant: *nimirum poſt annos 20. ſub idem tempus, quo clamantibus Iudæis annuit Dominus, & Debboram, quæ paucis ante menſibus iudicare cœperat ad vindicandum in libertatem populum excitauit.* Si enim id valeret, dicendum eſſet tempus ſeruitutis Philiſthææ ab annis Samſonis eſſe diſtinctos, ſed Samſonem iudicaſſe Iſraelitas *in diebus Philiſthijm*, hoc eſt, paulo poſt 40. annos ſeruitutis Philiſthææ trãſactos. Eadem enim ratio militat vtrobique cum ex vſu Scripturæ idem valeat *in diebus illis*, & *in illo tempore.* Deinde eſto paucis ante menſibus Debbora iudicare cœperit, quam populus in libertatem aſſereretur: totum tamen tempus ad 40. annos quieti adſcriptos reuocari poterit, vt iam ex Toſtato dicam cap. 6. v. 1. *Tempus Debboræ.*

## IVDICVM V. v. 32.

*Vnde hi 40. anni computentur.*

Q*Vieuitque terra per* 40.*annos.* Non eſt hoc ſic accipiendum, quaſi ho...
annos terra in pace egerit, ſed quia tempus iſtud 40. annorum, ...
morte Aodi vſque ad finem principatus Barac effluxit, quies terræ ...
in ſimili loquitur S. Auguſtinus lib. 16. ciuit. cap. 14. & ſæpius inculcat ...
ſis.

## IVDICVM VI. v. 1.

*Seruitus Madianitica.*

1. F*Ecerunt autem filij Iſrael malum in conſpectu Domini, qui tradidit ...*
*Madian ſeptem annis.* Hi 7. anni includuntur in illis 40. qui Gede...
buuntur. cap. 8. v. 28. Cum autem non appareat ratio cur hic ordine...
ris neglectum opinemur; probabile eſt, poſt mortem Barac Iſraelit...
co à Madianitis oppreſſos fuiſſe, ſed paulatim in cultu Religionis ...
factos intepuiſſe, tum aliquanto tempore impiè vixiſſe, ac tandem ...
afflictione iuſtas impietatis ſuæ pœnas dediſſe. Totum nihilominus ...
quo Hebræi rectè, quo perperam ſeſe geſſerunt, quo grauiſſimum ...
tutis Madianiticæ iugum tulerunt, quo denique libertate ſub Gedeoni...
ctura potiti ſunt, conficit illorum 40. annorum curſum, quibus Gede...
fuiſſe dicitur.

*Documentum notabile.*

2. Huc ſpectat generalis doctrina quam tradit Abulenſis q. 9. Sci...
inquit, quod Iudices non præerant continuè Iſraelitis, ita quod mort...
ilico ſuccederet alius, ſed cum moreretur vnus, ſi Iſraelitæ erant in ...
poſitione extra poteſtatem hoſtium, non curabant eligere Iudicem, ſed ...
bant ſic, quouſque exigentibus peccatis ſuis premebantur ab hoſtibus, ...
accipiebant Iudicem, qui liberaret eos. Totum tamen tempus illud ...
quod manebat ſine iudicibus, computatur ſub iudicibus ſequentibus, ...
ziente aliquo iudice, terra manſit ſine iudice 20. annis, deinde iudex ...
iudicauit 20. annis, dicet Scriptura de iſto, quod iudicauit 20. annis, ...
nulla tempora intermittuntur. Hæc ille: cui ſuffragatur Bonfreri...
verſ. 11.

## IVDICVM VIII. v. 28.

*Vnde hi 40. anni computentur.*

Q*Vieuit terra per* 40. *annos, quibus Gedeon præfuit.* Communis ſententia ...
40. annos à morte Barac ad finem principatus & vitæ Gedeonis ...
rat. Addit Toſtatus hic. q. 26. & cap. 3. qu. 12. fluentibus hiſce 40. anni...
tas aliquandiu in officio manſiſſe, idola aliquanto temporis interuallo ...
ſe, tum ſecutam 7. annorum tyrannidem Madianiticam, antequam G...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad populum in libertatem vindicandum aggrederetur, ita vt ipſe Gedeonis principatus ſeparatim acceptus, forte non vltra annos 30. tenuerit: dicitur tamen 40. annos præfuiſſe, quia eius præfectura hos annos terminauit.

## QVÆSTIO VII.

## *De annis Abimelech, Tholæ, Jair, quintæ ſeruitutis, & Jephte, aptè inter ſe componendis.*

*Mortuo Gedeone Hebræi peccant.*

1. ANtequam de his iudicium feratur, conſideranda ſunt, quæ habentur Iud. 8. v. 32. cap. 9. v. 4. & ſequentibus, cap. 10. ab initio vſque ad ver. 10. incluſiuè, cap. 11. v. 32. cap. 12. v. 6. & 7. Ex quibus liquet *primò*, mox ab obitu Gedeonis Hebræos ad Idololatriæ vomitum reuerſos. Poſtquam mortuus eſt Gedeon auerſi ſunt filij Iſrael, & fornicati ſunt cum Baalim, Iudic. 8. v. 32. nempe ad initium regiminis Abimelech, quando nonnulli publicè idola venerabantur, ſiquidem Sichimitæ nouo Principi 70. pondo argenti è fano Baalberit, deprompſerunt, cap. 9. v. 4.

*Creſcit impietas eorum.*

2. *Secundò*, inualuiſſe magis ac magis idololatriæ peſtem. *Nam filij Iſrael, peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt idolis Baalim & Aſtaroth, & Dijs Syriæ ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philiſthijm*, cap. 10. v. 4.

*Pœna peccati ſeruitus annorum 18.*

3. *Tertiò*, pœnam huius infidelitatis fuiſſe oppreſſionem illam, qua tum Philiſthijm, tum vero maximè filij Ammon per annos 18. adeo in Iſraëlitas ſæuierunt, vt vaſtatis trans Iordanem ditionibus, traiecto flumine, agros Iudæ, Beniamin, Ephraim depopularentur, & Hebræos grauiſſimè affligerent, cap. 10. v. 9. Qua caſtigatione admoniti Iſraëlitæ ac pœnitentia ducti, ad meliorem viuendi rationem redeunt, in Maſpha vt Ammonitis reſiſtant, conueniunt, cap. 10, verſ. 16. & 17. Galaaditæ Iephtem ea lege in belli ducem eligunt, vt, ſi cum Ammonitis debellaſſet, Principatum in Galaad obtineret, cap, 11. ver. 9. & ſeqq.

*Ab obitu Gedeonis ad obitum Iairi nullum Interregnum*

4. *Quarto*, non eſſe cauſam, cur vllum ponatur interregnum à morte Gedeonis vſque ad Iairi obitum. Omnes proinde authores Gedeoni Abimelechum, huic Tholam, Tholæ Iairum ἀμέσως ſubrogant. An vero Iairo vita functo 18. annorum oppreſſio interijcienda ſit, antequam Iephte principatum naniſceretur, in quæſtione poni ſolet.

*Quæſtio.*

5. Annorum 18. ſeruitutem inter Iairum & Iephten inſerunt Samerius ad ann. m. 2759. Serarius Iud. 10. q. 5. Lyranus Iud. 11. Toſtatus Iudic. 10. q. 17. Faſti Siculi, Iulius Hilarion, Clemens Alexādrinus, &c. Fauet Ioſephus lib. 5. Antiq. cap. 9. quam in ſententiam nonnulli S. Auguſt. hic q. 49. accerſunt: Id verò in ea

quæſtione quantumuis prolixa, non deprehendo. Huius opinionis aſſ
*1. Opinio & 2. rationes eius.* duas produnt rationes. 1. ex Scriptura deſumptam, quæ prius Jairi
quam noua Hebræorum ſcelera, & ſcelerum pœnam, 18. annorum ſer
recenſet. 2. quia, vt putat Abulenſis, non poſſunt colligi ab Exodo, 
Templum 480. anni, niſi hæc annorum 18. oppreſſio ſeorſim ponatur.

*2 Opinio communis.* 6. Alij tamen quàm plurimi nullum hîc interregnum agnoſcunt
pus oppreſſionis Ammoniticæ annis Judicum comprehendunt. E
communi Hebræorum traditione, S. Auguſtinus, Sulpitius, Julianus
Toletanus, Freculphus, Beda, Ado, Genebrardus, Torniellus, Sal
donus, Petauius, Bonfrerius, & alij plures Catholici, ad quos è Se
dunt, Bucholceri, Beroaldus, Capellus, Alſtedius. Ratio eſt, quia 
iuſta cauſa, cur anni iſti multiplicentur. Scriptura per prolepſin, p
Jairi, quam oppreſſionem populi Hebræi recenſuit, vt non intercis
ſtoriæ filo narrationem de cauſis, duratione, fine ſeruitutis, quam 
ſtulit, pertexeret. Qui verò ſeruatum hîc temporis ordinem adſtrun
fateri hanc oppreſſionem non ipſos 18. annos duraſſe, ſed aliquo
mortuo Jairo interueniſſe, quo Hebræi veteribus peccatis noua 
Dijs alienis ſeruierunt, aut certe Jairum adeo ſceleratum fuiſſe, vt pu
dololatriam ſui Principatus tempore permitteret. Quod aduerſa pars
hactenus non oſtenderunt. Recole quæ ex Toſtato retuli, cap. 6. verſ.
gitur aliæ ſeruitutes alibi annis Judicum abſorbentur, ita & hæc.

*De initio horum 18. annorum 1. Opinio.* 7. Sed dubium oritur quando hi 18. anni aperiantur, quando cla
Sunt enim qui eos à Jairi morte deducunt, & annis ſequentium Ju
cludunt, nempe 6. Jephte, Abeſan 7. & quinque prioribus Ahialo
bius cum Hebræis, Freculphus &c. Aliqui tradunt dici poſſe Gala
dem ſub initium Iephte pacem conſecutos, alias verò tribus à Philiſt
ſtatas diutius, ita vt hæc 4. ſeruitus 18. annorum ſub Iairo cœpta ad A
que tempora, per ſolos Philiſthæos, aut in ſola Chananæa propug
Quid Capellus & Caluiſius ſentiant, referam cap. 10. v. 8.

*2. Opinio.* 8. Alij cenſent Hebræos iam inde ab obitu Gedeonis cœpiſſe 
leribus ſeſe paulatim obſtringere, donec ad annum circiter 5. aut 6
preſſio Ammonitica in eos incumberet: cui malo tandem Iephte, a
2. quàm in Ducem electus erat, finem attulerit. Sic ratiocinia ponunt
lus, Gordonus, Salianus, Petauius, Bonfrerius cum Mercatore, 
mio &c. quibus Genebrardus in 3. edit. re melius conſiderata ſubſcrib

*Finis huius ſeruitutis.* 9. Iſraëlitas ab initio Principatus Iephte, hoc onere leuatos
Abulenſis & alij, qui hanc calamitatem ab annis Iudicum ſecernunt
pertè tradit Ioſephus lib. 5. Antiq. cap. 9. vbi de Iephte; *Finem ſeruitu*

*quam ſuſtinens per annos decem & octo pertulerat.* Et hoc indicare videtur ſacra pagina Iud.11.v.32. *Tranſiuitq; Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manus eius, percuſsitq; ab Aroër, vſquedum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vſque ad Abel.* Et licet ſine temeritate dici poſſit, tunc fractas & attritas ex parte Ammonitarum vires, non tamen omnino ſublatam ſeruitutem; ſed per Philiſthæos extra Peræam ſiue Galaaditidem continuatam; probabilius tamen videtur, ſub initium principatus Iephte, Hebræos abſolutè in priſtinam libertatem aſſertos, ac paci reſtitutos; tum quia vix alias oriri potuiſſet diſſidium inter Ephraim & Galaad, de quo, cap.12. quin potius niſi cum Ammonitis debellatum fuiſſet, vtraque Hebræorum factio iunctis viribus communi hoſti ſeſe oppoſuiſſet, nec tot millia Ephraimitarum à Galaaditis ad Iordanem trucidata fuiſſent. Tum quia permirum foret, poſt tam celebrem victoriam quam Iephte de Ammonitis reportauit, duraſſe Iſraëlitarum ſeruitutem, vſque ad annum 5. Ahialonis, aut Abeſanis tempora, quorum Iudicum Scriptura nullas virtutes commemorat, quas ſine dubio nō ſiluiſſet, ſi quod à Iephte bene cœptum erat, id ad ſtabiliendam populi libertatem Ahialon aut Abeſan abſoluiſſet. Quare licet in Synopſi Euſebium ſecutus, ſub Ahialone pacem Hebræis redditam notauerim: re tamen accuratius ponderata in eorum ſententiam pronior ſum, qui putant Iephten Iſraëlitis priſtinam libertatem ac pacem recuperaſſe, vel primo, vt Torniellus, vel ſecundo ſui principatus anno, vt numerat Salianus. Succeſſit igitur abſque interregno Abimelechus Gedeoni, Abimelecho Thola, Tholæ Iairus, Iairo Iephte. Cœpit oppreſſio ſiue ſeruitus Ammonitica circa 5. aut 6. annum Iairi; finita eſt anno primo aut ſecundo, quo Iephte Ducatum inierat.

9. Argumentis aduerſariorum ſatisfaciet, qui dixerit mortem Iairi per prolepſin ante oppreſſionem Ammonitarum enarrari. Deinde annos 480. ab *Ad rationes aduerſariorum.*
Exodo ad Templum commode ſupputari poſſe abſque interregno poſt obitum Iairi iam explicatum eſt, & repetam 3.Reg.6.

10. Reſtat dubium de eo, quod Iephte ait, Iſraelitas 300. annis terram Galaad poſſediſſe. Iud.11 v.26. Certum eſt enim Galaaditas in terræ iſtius, de qua erat contentio poſſeſſionem immiſſos anno 40. ab Exodo: inde vero quomodocunq; fiat computus vix aut ne vix quidem iſte 300. annorum numerus colligi poteſt. Lyra Iud.11. & Toſtat.ib.q.38. à Moyſis obitu vſq; ad annum primū Iephte cōputant annos 267. Totidem Torniell. & Salian. Bonfrerius 266. Euſebius 277. Seratius 253. Gordonus 287. Genebrard. 268. Petauius, qui ab annis Iudicū nō niſi quatuor primas ſeruitutes excludit, ab exceſſu Moyſis, vſq; ad vltimū annum Iairi putat annos 325. alij aliter ſuas rationes inſtituunt. Quonam igitur ſenſu accipiendū eſt quod aſſeruit Iephte? Lyran. & Abul. reſpondent 1. *Dubium.*

Iephten

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Reſp.1.* Iephten errare potuiſſe, ſalua Scripturæ veritate: hæc enim non ſignat
annos, ſed refert Iephten ita reſpondiſſe. *Poterat*, inquit Abulenſis q.8.
*mentiri, in aliqua ſumma annorum, fortè ex ignorantia, vel quod veriſimilius*
*Reſp.2.* *gendum ius ſuum, vt oſtenderetur præſcriptio valde longa.* Reſpondent 2. Iephte
mendacio vſum fuiſſe loquendi modo plerumque vſitato, quo numerus
& rotundus neglectis aliquot annorum minutijs, poni ſolet, ſiue enim a
266. v.g. ſiue à 300. terram poſſediſſent Galaaditæ, parum ad ius illorum
liendum referebat, cum vtralibet annorum ſumma oſtenderet abunde
ptionem. Hinc Torniellus ann. m. 2849. numer. 3. ait Iephten per am
nem locutum, ac ſi dixiſſet per annos ferè trecentos. Idem reipſa ſ
*Reſp.3.* tur Salianus eodem anno, numer. 32. Quam explicationem non pu
dam, quamuis & alia mihi occurrat, nempe Iephten ſpectaſſe reſpo
Ammonitarum, aſſerentis: *tulit Iſrael terram meam, quando aſcendit*
Iud. 11. v. 13. Hoc autem Iephte dupliciter refellit, 1. negando rem in
2. ad hominem vt aiunt argumentando, quaſi dicat: ſi Iſrael eam terr
inuaſit, quando proprie loquendo pedem extulit de Ægypto, iam 300
nimum annorum poſſeſſione eandem præſcripſit. Siquidem iuxta
nem ſupputationem Iephte ad Principatum vocatus eſt circa annum
do 306. quare hoc Iephtes aſſertum non magis ſuffragatur eis, qui
ſpatia ab annis iudicum excludunt, quam communi ſententiæ, quæ
da negat.

## IVDICVM X. v. 8.

*De ſenſu huius loci.* A*Fflictiq; ſunt & vehementer oppreſſi per annos decem & octo.* Hebræus
*anno iſto, octo & decem annos;* quod Græcus tranſtulit: *in tempore il*
*annos.* Noſter autem fideliter ſenſum ſenſui reddidit, quem vt legi
*Capelli figmentū.* nes, vt reor, Catholici, qui huius loci meminerunt, amplectuntur.
vero ad ann. m. 2811. legit, *confregerunt & conquaſſarunt Iſraelitas hoc*
*mo octauo*, nempe *Iubilæi.* Volebat hic Nouator tempora ſeruitutum
Iudicum ſeparare, & annos nihilominus 480. ab Exodo ad Templ
re. Hoc abſurdo poſito, cætera accidunt, dum inauditam hactenus
commentus Aodo pro 80. annis octo ſolum tribuit, numero 450.
Act. 13. v. 20. inſcriptorum, centum detrahit, de tempore huius ſeru
alij fatentur annos duodeviginti tenuiſſe, 17. tollit, atque anno deci
excitatam ſimul & ſopitam tradit. Poterit alius paris audaciæ Sectar
milem enallagen, pro 40. annis Othonielis, Debboræ, Gedeonis,
duntaxat reponere, numeros ordinales pro cardinalibus obtrude
excogitare non minus abſurda, quàm quæ finxit Capellus.

1. Sethus Caluiſius anno m.2761. ſignat primordia huius ſeruitutis, anno 2766. obitum Iairi, anno 2779. initium Principatus Iephtes & victoriam de Ammonitis. Vnde colligimus ex eius opinione 13. aut 14. circiter annos huius ſeruitutis inter mortem Iairi & Principatum Iephtes interponi, reliquum tempus cum vltimis annis Iairi concurrere. Quæ calculatio ſingularis eſt: ſiquidem alij auctores aut 18. annorum, aut nullum interregnum ponunt, vt dictum q. præced. *Sethi opinio ſingularis.*

---

## IVDICVM XI. v. 26.

PEr trecentos annos: quare tanto tempore nihil ſuper hac repetitione tentaſtis; Vide notata q. præcedenti, num. 10.

---

## IVDICVM XII. v.7. & ſeqq.

IVdicauit itaque Iephte Galaadites Iſrael ſex annis &c. Abeſan poſt Iephten officio iudicis functus eſt annos ſeptem: poſt Abeſanem Elon 10. annos, poſt Elonem Abdon, octennium. Iudic. 10. verſ. 10. 11. 14. ita vt à Iephte vſque ad principatum Abdonis nullum ab auctoribus interregnum inſeratur, ne annihorum Iudicum inter ſe implicentur: ſiquidem Scriptura vnum alteri ſucceſſiſſe tradit. De Elone duntaxat notandum eſt, eum ab Euſebio & paucis alijs prætermiſſum, quia vitioſis exemplaribus ſeptuaginta vſi ſunt, in quibus Elonem non repererunt. Iam pridem autem Hebræa, Græca, Latina vnanimi conſenſu Elonem inter Iudices recenſent, eique 10. annos tribuunt. Clemens autem Alexandrinus eum quidem agnouit, ſed non niſi 8. annis eius poteſtatem definiuit, ſiue quod ita in textu corrupto legerit, ſiue aliud quid acciderit. Communis nihilominus ſupputatio retinenda eſt, quæ Ducatum Eolonis in annos decem producit. *De Iephte, Abeſan, Elon, Abdon.*

---

## IVDICVM XIII. v. 1.

R*Vrſumq́; filij Iſrael fecerunt malum in conſpectu Domini, qui tradidit eos, in manus Philiſthinorum quadraginta annis.*

## QVÆSTIO VIII.

## *De initio & fine ſeruitutis Philiſthææ.*

1. VAriæ ſunt de huius ſeruitutis & Samſonis annorum computationes. *Prima* eſt Hebræorum in Seder Olam cap. 12. vbi 20. annos huius ſeruitutis ad Iephten & ſequentes iudices; 20. reliquos ad Samſonem referunt. *1. Computatio.*

2. *Secunda* tempus huius oppreſſionis ab anno 14. Iairi vſque ad Samſonis nuptias deducit. Ita Iunius Tremellius in ſuis notis, & addit ea quæ hoc 13. cap. narrantur, præcedentium Iudicum temporibus accidiſſe. *2. Comp.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 Computatio. 3. *Tertia* dimidium huius ſeruitutis ſpatium dat Samſoni; reliquum H
Ita Euſebius in Chronico. Sulpitius lib. 1. ſacræ hiſtor. Abulenſis hic q. Ge
brardus anno m. 3006 Funccius ann. 2793. Fauet Lyranus Iud. 13. lit. b.
hos *annos* 40. computari à tempore Samſonis & Heli.

4. Comp. 4. *Quarta* inter Abdonem & Samſonem aliquod ponit interuallum
Iſrael ob ſua facinora in ſeruitutem inciderit. Ita Serarius, Iud. 13. q. 1. & 
pho confirmat, qui lib. 5. Antiq. cap. 10. refert poſt mortem Abdonis 
à Palæſtinis ſuperatos, & illis tributa pependiſſe, ab ea autem miſeri
tos, in eum modum, quem de Samſone narrat. Addit Serarius q. 34. 
rationem fuiſſe poſt nuptias Samſonis, ſed ante mortem ipſius. Ad
nionem refero Clementem Alex. Iulium Hilarionem, Nicephorum 
totos hoſce 40. annos à Iudicum annis ſeponunt.

5. Comp. 5. *Quinta opinio* huius ſeruitutis tempus adæquatè idem eſſe aſſ
Samſonis & Heli. Id aſſerit Maſius, admittere videtur Serarius, & non
recentiores, idque ex eo cōijciunt, quod cum Samſon à Philiſthæis cap
reretur, adhuc Iſraëlitæ illorum tyrannide premebantur. Negant dein
ſonem & Heli diuerſis temporibus iudices fuiſſe, ſed ambos putant vel
diuerſis prouincijs iudiciariam adminiſtrationem exercuiſſe, vel ponis
ſimodè vtrumque vocari iudicem: Samſonem quidem idcirco dici p
iudicaſſe, quod vindex, vltor, defenſor fuerit; Heli verò propriè iud
functionem obiuiſſe, ſiue ius populo dixiſſe. Cur verò ex quorundam o
Heli 20. tantum anni dentur, dicam quæſtione ſequenti.

6. Comp. 6. *Sexta* eſt Sethi Caluiſij, qui anno m. 2802. ſcribit Eloni ſucce
donem per annos 8. ann. m. 2805. initium huius 40. annorum oppreſſ
ſtituit: anno 2810. primordia gubernationis Heli. anno 2830. Samſon
Deo ſacer ab vtero materno incipit, robore gigas fuit, ſed quem nu
tuit ſuperare, voluptas euertit, &c. Anno demum 2851. Heli obitum no
de colligo *primò* ex eius opinione, poſt Abdonem proximè Heli 
Samſonem verò cœpiſſe, cum Heli iam annos 20. Iudicem egiſſet. Sec
li hoc modo ad annum 41. perueniſſe in ſua Præfectura. *Tertio* ſeruitu
liſthæam hac ratione finitam quinquennio circiter ante mortem Sam

7. Comp. 7. *Septima* opinio eſt Tornielli & Saliani ad annum m. 2860. q
no circiter quarto Abeſanis inchoante Hebræorum impietatem ade
uiſſe putant, vt propter eam traditi fuerint in manus Philiſthinorum 
Iudic. 13. verſ. 1. hanc autem ſeruitutem inijſſe paulo ante conceptio
ſonis, & morte ipſius finitam, quando principibus Palæſtinorum d
na occiſis, adeo fractæ ſunt vires eorum vt vſque ad poſtrema D
tempora nullum bellum intulerint Iſraëli, Ortum Samſonis ad annum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Abeſanis ineuntem referunt. Hinc enim ad obitum Samſonis 40. anni computantur, ſi nullum hunc inter & Abdonem interregnum inſeratur. Probant ſuum aſſertum ex cap. 16. Iud. 27. vbi *omnes* principes Philiſthinorum tragico illi ſpectaculo interfuiſſe inſinuantur, & ver. 3c dicitur, *domus ſuper eos omnes & cæteram multitudinem quæ ibi erat, cecidiſſe*, ita vt Samſon multo plures interfecerit moriens, quam ante viuus interfecerat. Ingentem autem Philiſthæorum numerum ibi fuiſſe indicat ſacræ ſcripturæ textus dum refert, *domum fuiſſe plenam virorum ac mulierum, ac de tecto & ſolario circiter tria millia vtriuſque ſexus ſpectaſſe ludentem Samſonem*. Vnde probabiliter colligunt, tunc præter multorum millium ſtragem dominationis Philiſthinæ neruos inciſos fuiſſe, neque ad plures annos in eis inuentos, quorum auctoritate, conſilio, viribus, ſeruitus Iſraëlitarum continuari poſſet. Id etiam ex eo confirmant, quod ab obitu Samſonis ſcriptura nullam oppreſſionis mentionem faciat, vſque ad finem regiminis Heli, quando hinc Iſraëlitarum, inde Palæſtinorum acies, quaſi viribus ſuppares concurrerunt. Bonfrerius Iud. 13. v. 1, diſertis verbis affirmat ſe Torniello & Saliano ſubſcribere, dum 20. annos huius ſeruitutis ad antecedentes iudicum annos reijciunt; viginti poſteriores ad Samuelis annos, qui 20. annis iudicaſſe dicitur Iſraelem, ita vt in Samſonis morte ea ſeruitus deſierit. Idem reipſa ſenſiſſe videtur Capellus, ann. m. 2817. vbi diſertè ait 40. annos quibus Philiſthini dominati ſunt in Iſraëlitas, poſſe à quarto Abeſanis anno inchoari, & in Samſonis obitu finiri, nec aliam ipſe horum annorum computandorum rationem affert. Idem ſentit Alſtedius titulo 11. Chronologiæ, ann. m. 2770. dum aſſerit Samſonem natum tempore ſextæ ſeruitutis quadragenariæ ſub Philiſthæis, & poſtea populum liberaſſe ab iſto iugo partim cædendo Philiſthæos, partim deijciendo ædes.

8. Hiſce adnotatis, de hac ſeruitute exiſtimo dicendum *primò*, eius durationem non videri diſtinctam ab annis Iudicum. Hæc eſt communis ſententia, quam præter alios propugnant auctores pro recenſitis opinionibus excepta quarta laudati, quibus adde Gordonum ann. m. 2838. & pleroſque q. 4. num. 4. memoratos, Bucholcerum, qui ann. m. 2783. inſcribit initium Abdonis, anno 2791. Samſonis; ann. 2811. Heli, nullo temporis ſpatio huius ſeruitutis relicto. Nec obſtat, quod poſt obitum Abdonis Iud. 13. v. 1. dicantur Iſraëlitæ malum feciſſe, & traditi in manus Philiſthinorum 40. annis. Ibi enim ordo temporis non ſeruatur, ſed prius, quæ ad Abdonem & præcedentes aliquot iudices attinent ſuccinctè tradita ſunt, ne hiſtoria de Samſone prolixius texenda interrumperetur. Idem fortè de Ioſepho dici poſſet. *1. Concl.*

9. Dicendum 2. huic ſeruituti finem non attuliſſe nuptias Samſonis: ſiquidem legimus diſerte Samſonem iudicaſſe in diebus Philiſthijm 20. annis. *2. Concl.*

Iud. 15. verſ. vltimo: quibus ſcilicet Philiſthijm in Hebræos tyrannidem ex-
bant. Quod ipſum Samſoni obijciebatur ibid. v. 11. *Neſcis quod Philiſthijm*
*nobis?* Ex quo etiam confirmatur, quod iam dicto 1. aſſerebam. Addit Se
hîc q. 1. ab anno 14. Iairi, ad Samſonis nuptias eſſe plures annos, quam 40
pe reſiduos Jairi 9. ſecutæ ſeruitutis 18. Iephte 6. Abeſanis 7. Elonis 10.
nis 8. ex quibus colliguntur anni 58. Verum niſi aliud quippiam adiunga
cile reſponderit Tremellius ex communi ſententia illos ſeruitutis
Jairi tempore abſorberi: & ſic ab huius anno 14. vſque ad Samſonis
non niſi annos 40. effluxiſſe.

3. Concl. 10. Dicendum 3. Judæos hallucinari, dum à primordijs gub
Jephtes ad finem Samſonis 40. annorum ſeruitutem metiuntur: illo
poris interuallo 51. anni continentur. Jephte 6. Abeſanis 7. Elonis
nis 8. Samſonis 20. Adhæc Jephte Ammoniticam ſeruitutem initio
patus extinxit: ac proinde non eſt veriſimile, eodem tempore Philiſth
arſiſſe: huic enim cauſam dederunt Iſraëlitæ ſuis ſceleribus poſt Jephte
niſtrationem patratis, vt collig. cap. 13. v. 1. conſideratis ijs, quæ de Jephte
quentibus iudicibus ante notata ſunt.

4. Concl. 11. Dicendum 4. Non carere probabilitate eorum computum,
circiter annos huius ſeruitutis Samſoni tribuunt, totidemque fere Heli
tiunt: ſolum enim obſtat, quod antequam Samſon conciperetur Angel
dixerit: *Ipſe incipiet liberare Iſraël, de manu Philiſthinorum.* Jud. 13. v. 5. Qui
bis innuere videtur Dei nuncius Hebræos iam tunc ſeruitute preſſos
arguit Salianus illo ann. m. 2860. numer. 8. *Non enim*, ait, *dicetur homi*
*& ſano: veniet medicus, qui te curare incipiet, niſi præmittatur eum in morbum*
Ad hoc tamen reſpondere poſſent auctores 4. & 5. opinionis, fortè A
disertè hanc oppreſſionem prænunciaſſe futuram, licet id ſcriptum
aut certè non fuiſſe opus expreſſo de ea calamitate vaticinio. Manue
& vxor eius, ex præparatione medicinæ morbum futurum ſatis
poterant, cui Samſon medicinam aliquam, ſed non perfectam ſanitatem
turus eſſet.

5. Concl. 12. Dicendum 5. non idcirco temerariam eſſe quintam opinionem
iudicis vocabulum non ei ſolum tribuat, qui iudiciariam poteſtatem
& iuridicundo præeſt, ſed illi etiam, qui oppreſſorum defenſor & vind
hoſtium propellit, vtramque enim notionem admittit vox Hebræa Sch
vt bene docet Petauius: at vero ſeruitutem Heli interitu finitam, non
perſuaſu. Nam ſub finem principatus & vitæ Heli, prælio inter Iſr
Philiſthæos inito, terga vertit Iſrael, & cæſa ſunt in illo certamine paſſim
gros quaſi quatuor millia virorum, 1. Reg. 4. ver. 2. Repetito mox confl

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

arcæ in locum caſtrorum allatâ, *Iſrael cæſus eſt, & fugit vnuſquiſque in tabernaculum ſuum: & facta eſt plaga magna nimis, & ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum, & arca Dei capta eſt.* Quæ cum Heli ſubito nuncio intellexiſſet, *cecidit de ſella retrorſum, & fractis ceruicibus mortuus eſt.* Hæc rerum cataſtrophe non tam mihi videtur antiquæ ſeruituti finem impoſuiſſe, quam nouam Hebræis ſubiectionem: nam Philiſthæi non niſi poſt 7. menſes arcam remiſerunt, quo tempore quinquaginta millia Bethſamitarum interierunt. 1. Reg. 6. v. 19. Addo hãc & Sethi Chronographiam communi auctorum placito aduerſari. Hinc Genebrardus an. m. 3006. *miror,* inquit, *Maſium doctiſſimum Ioſue interpretem maluiſſe expungere Samſonem de numero iudicum, & eius 20. annos, quibus Iſraëlem iudicaſſe memoratur adſcribere dimidiato pontificatui Heli, quam in cæterorum Chronographorum ſententia, aut potius diſertis Scripturæ verbis permanere.* Iud. 16. *Fortaſſis voluit partim redundantem Iudæorum traditionem de 28. annis Ioſue, partim corruptam Græcorum editionem tueri pertinacius.* Hæc ille, & ex illo Serarius. Iud. 13. q. 34. qui hanc Maſij opinationem vocat ſingularem & ab omnium iudicijs diſſidentem. Idem autem potiori iure de Caluiſij ſupputatione dicerent Serarius & Genebrardus.

13. Dicendum 6. valde probabilem eſſe Tornielli, Saliani, Bonfrerij ſententiam, vt indicant rationes quibus ſuam illi doctrinam ſtabilire conantur. Ad illud autem quod de Samſone prædixerat Angelus: *ipſe incipiet liberare Iſrael, de manu Philiſthijm,* reſpondet Torniellus iſto loquendi modo inſinuari, quod poſt liberationem à Samſone faciendam Philiſtæi non ſemel inſurrecturi erant contra Iſraëlem, donec tandem à Dauide ſubacti, ipſe penitus ab eis liberaret Iſraëlem. Vnde concludit potuiſſe ſeruitutem 40. annorum inijſſe paulo ante natiuitatem Samſonis, & eius morte deſijſſe. Similem ferè huius loci interpretationem affert Serarius illa q. 34. Dicitur inquit Samſon incepturus liberationem Iſraelitarũ à Philiſthæis, non quod eius principatus tempore, ij adhuc illis ſubiecti fuerint, ſed quod cum poſtea ſæpe contra Philiſthæos eoſque aliquandiu penè ſolos pugnatum ſit, vt lib. 1. Reg. patebit, has paulatim pugnas, hancque ab gente illa ſaluationem inceptarit Samſon, longe illuſtrius & conſtantius, quam Samgar vel Iephte. In hoc porro Serarius, Torniellus, Salianus conueniunt, quod hanc ſeruitutem extinctam à Samſone exiſtiment: hi morte ipſius; ille verò citius. *Concluſio.*

---

## IVDICVM XV. v. 20.

1. IVdicauitque *Iſraël in diebus Philiſthijm viginti annis,* & c. 16. v. 31. Iudicauitque *Iſraël viginti annis.* Vnde certo colligitur Samſonem meritò in iudicibus Iſraeliticæ gentis recenſeri, non minus quã Abeſan, Iair, Iephte: quod & antiqui obſeruarunt, vt Ioſephus lib. 5. Antiq. cap. 10. ſub finem; Theodoretus lib. 3. *Samſon iudex 20. annis.*

S. Auguſtinus lib. 18. ciuit. cap. 19. Athanaſius, ſiue Anaſtaſius in Synopſi, S...
tius lib. 1. ſacræ hiſt. Rupert. de Iudicibus cap. 7. & multi alij recentiores
Chronographi, tum ſacrorum eloquiorum interpretes, in hunc librum G...
49. v. 16. vbi illud: *Dan iudicabit populum ſuum ſicut & alia tribus in Iſrael*, ...
ad Samſonem applicant, qui erat de tribu Dan, ſicut Othoniel & G...
tribu Iuda, Aod de Beniamin, Barac de Nephtali &c. quamuis hunc ...
non ſingulæ tribus conſecutæ ſint. De tribu enim Simeon, Ruben, Gad ...
non legimus iudices extitiſſe.

*Non 40.* 2. Ex eo, quod Samſon 20. annnos populum indicaſſe, bis legatur ...
Hebræorum ſcripſerunt Samſonem annos 40. iudicem fuiſſe, nempe ...
ante aſini mandibulam in Philiſthæos vibratam, & poſtea totidem ...
Serarius illa q. 54. Nonnulli verò Samſoni 22. annos attribuunt, ſed ...
ne. Communis enim doctrina iudiciariam illius adminiſtrationem ...
nos 20. reuocat, quam etiam tenent illi Rabini, qui in antiquis ſe legi...
runt, Samſonem 40. annis iudicaſſe: neque enim videtur Samſon ...
niſi nuptijs cum Philiſthæa iam contractis, anno circiter vigeſimo ...
ſuæ. Si ergo 40. annos iudicis functiones obiuit; ad annum vitæ circiter ...
ſimum perijt: quæ ætas Dalilæ amoribus parum idonea videtur.

*Cur bis notati ſint iſti 20. anni.* 3. Cur igitur iſti 20. anni bis in ſacris codicibus annotantur? Varias ...
producit Serarius; ea præ cæteris mihi probatur, quod ſacræ Scripturæ ...
ſuetudo ſit, rem eandem varijs occaſionibus ſæpius inculcare. Sic 3. Reg.
11. Dauid 40. annos regnaſſe dicitur, quod iam notatum fuerat 2. Reg.
4. occaſione eorum quæ Samſon ad ſui principatus initium geſſit Iud. ...
Scriptura cum 20. annis iudicaſſe ſubtexuit: rurſus occaſione mortis ...
idem repetit Iud. 16, v. 31.

*Initiū & finis eorū.* 4. His 20. annis mors Samſonis finem attulit, vt bene notat Abulensis ...
15. qu. 33. Torniellus, Bonfrerius, Salianus & alij: ſicut aliorum iudicum ...
ipſorum obitu terminantur. De principio horum annorum Toſtatus ...
potiſſimum inſtituit ſupputationem, nempe vel à morte Abdon, qui ...
nem proximè anteceſſit, vel à Samſonis natiuitate, vel denique à tempore ...
Philiſthæos impugnare cœpit. Prima ei maximè placet: quia anni ...
iudicum ab obitu præcedentis numerari ſolent, vt ab Exodo ad Templi ...
cam 480. anni habeãtur. Cui ſubſcribo & communi ſententiæ, quæ ...
cum ſextam ſeruitutem inuoluit, & 20. annos Abdonem inter & Heli ...
nit. Ita Euſebius, Sulpitius, Iulianus Archiep. Tolet. Vincentius, Bellouacensis ...
phus, Lyranus, Beda, Ado, Genebrardus, Gordonus, Torniellus, S...
Bonfrerius &c. Quo etiam ſuas rationes ſiue ſponte, ſiue inuiti addu...
rique Sectariorum, vt Beroaldus, Funccius, Xyliander, Capellus, B...
rus, &c.

5. Quid de Samſonis ætate opinari poſſumus? Cenſet Abulenſis eum natum anno circiter ſecundo ab obitu Abdonis, ætatis verò 17. aut 18. vxorem duxiſſe, mortuum anno 19. necdum expleto. Putat enim hic auctor Samuelem vix vnius anni ſpatio iudicaſſe; ei tamen omnes annos tribui, qui à morte Abdonis ad Samſonis interitum decurrerunt, ſicuti Aodo, totus ille 80. annorum tractus adſcribitur, qui à fine Othonielis ad Aodi exceſſum protenditur. Serarius illa q. 34. exiſtimat Samſonis adminiſtrationem cœpiſſe, cum plagas Philiſthæis pugnando intuliſſet. Idem ſentiunt Torniellus & Salianus. Sic mortuus eſſet Samſon cum ad annos ætatis 35. aut 36. perueniſſet, vt Serario, vel 39. vt Saliano & Bonfrerio placet. Hæc res incerta mihi eſſe videtur, quippe quæ meris coniecturis, ne dicam ſuſpitionibus, non tam nitatur, quam agitetur. Ad ſacræ paginæ interpretationem parum refert, vtrum hoc an illud opineris. Quanam autem ratione anni Heli à tempore Samuelis diſtinguendi ſint, infra ſuo loco, dicam.

*De ætate Samſonis.*

---

IVDICVM XVII. v. 1.

*Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas.*

## QVÆSTIO IX.

## *Quando contigerint, quæ de idolo Michæ narrantur.*

1. NOtat poſt alios Bonfrerius varia auctores hac de re opinari, dum id alij accidiſſe volunt Ioſue adhuc viuente, quidam eo mortuo, ſed Calebo & Senioribus necdũ vita functis: nonnulli tempore primæ ſeruitutis ſub Chuſane Meſopotamiæ rege; hi ad Othonielis primi Iudicis, illi ad Eglonis tyrannidem, quæ primum iudicem ſecuta eſt, reuocant, non pauci deniq; poſt Samſonis interitum differunt. At verò certum eſt, quod *in diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat*, vt dicitur hic v. 6. Erat igitur tunc Anarchia, qua durante neque rex, neque iudex erat, qui populi ſcelera coerceret, aut ſi erat, qui officium iudicis obiret, is populum in officio non continebat, vt notat Sanctius initio Commentariorum in libros Regum, ex Ruperto lib. 4. cap. 10. & dicam latius cap. ſequenti.

*Variæ hac de re opiniones.*

*Certum 1°*

2. Certum eſt *ſecundò*, id non accidiſſe tempore Ioſue, tum quia ſub eo, nõ faciebat vnuſquiſque, quod ſibi videbatur, eo quod *Ioſue corrigeret ad vnguem peccata, & potiſſimè idololatriam*, vt habet Toſtatus quæſt. 1. conſtatque ex facto Achan Ioſue 7. & altari, quod duæ tribus & dimidia ad Iordanem erexerant. Ioſue 22. verſ. 10. & ſeqq. Tum quia ſeruiuit Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue.

*Certum 2°*

Ioſue. Ioſ.24.v.31. Iud,2.v.7. Tum denique, quia omnes aliò quam
tempora referunt.

*Nulla tūc erat ſeruitus.*

3. Non eſt vlla ratio, quæ ſuadeat hæc geſta fuiſſe alicuius ſeruitu
re: quia qui opprimitur, non commodè dicitur facere quod ſibi bon
tur, ſiue pro arbitratu viuere, ſed habet parere neceſſe. Deinde Le
Michæ Sacerdos tunc voluntariam ſuſcepiſſe peregrinationem, non
te coactus, ſed ſpe commodioris conditionis fretus. *Peregrinari volu*
*commodum ſibi reperiſſet*. v.8. Addit Bonfrerius hic; *ſeruitutum illarum*
*premebantur Iſraëlitæ, & bonis omnibus ſpoliabantur, vt non liberet cogitare*
*ædiculis ſacroque apparatu nouo comparando.*

*Sed libertas viuēdi*

4. Ex hoc autem, quod in illis diebus non erat rex in Iſrael, ſed v
quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat; non licet certo conclude
ſtoriam poſt mortem Ioſue, antequam ſurgerent iudices contigiſſe
babile eſt, quod monet Toſtatus. qu.1. ſubinde poſt iudices fuiſſe
quibus populo libertas viuendi permitteretur. Quam rationem app
rarius, dum poſt Samſonem putat idolum Michæ conflatum fuiſſe.
ranus plures iudices fuiſſe per modum directionis potius & cōſilij,
minij ſeu imperij. Imò Bonfrerius vult hic nomen regis accipi propie,
aliud ſignificetur, niſi quod antequam reges Hebræis præeſſent hæc

*1. Opinio.*

5. Hiſce præmiſſis duæ potiſſimum opiniones examinandæ ſunt
nonnullorum Hebræorum quos ſequitur Serarius, q.14. aſſerentium

*Ratio.*

mortem Samſonis facta: quia niſi aliud conſtet, cenſenda eſt ſcriptura
ordinem tenere, hanc autem de Micha narrationem caſui Samſonis
Confirmant ex illa particula, *fuit in in illo tempore*, quæ licet in Hebræ
Chaldæo non habeatur; ea tamen à Latino eum in finem addita vide

*Refellitur.*

nificet hæc contigiſſe eo tempore, quo Samſon ſe & Philiſthæos
ruina oppreſſerat. Verum hiſterologiam hîc admittendam eſſe ſuade
cra harum rerum pagina, quæ huius idoli ſacerdotem nobis repræſe
tham filiū Gerſam, Aaronis nepotē, v.30. Ab exceſſu autē Moyſis, q
iam adultus erat, vſque ad Samſonis interitum pluſquam 300. anni
Deinde flagrante tragœdia Beniaminitica adhuc Phinees ſummo
fungebatur Iud.20.v.28. quæ nequaquam ad Samſonis obitū differ
Iuſta autem cauſa dilatæ vſque ad finem Samſonis, de Micha narrati
quod huius libri auctor prius res à iudicibus in communi geſtas ſine
cularium interpoſitione, expedire voluerit, quam ad hæc particularia,
Michæ, de excidio Laïs, de facinore & clade Beniaminitarum deſcend
etiam cauſa fuit, cui hiſtoria Ruth, quæ tempore vnius iudicis contig
libello ſeparato edita fuerit, vt bene Salianus an. m. 2622. num. 5. Ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionem reſpondet Abulenſis q. 1. illud, *illo tempore*, hoc loco non referri ad immediata, ſed ad omnia quæ illo libro continentur, q. d. dum fiebant iſta, quæ in hoc libro narrata ſunt, inſuper accidit, quod dicitur hîc de Idolo Michæ. Idem ſentiunt Lyranus, Carthſianus, Bonfrerius. Addit Salianus exemplum Gen. 21. v. 22. *In tempore dixit Abimelech*, & morem Eccleſiæ ea verba perpetuo vſurpantis, *in illo tempore, in diebus illis*, quæ non referuntur ad tempora proximè antecedentia, ſed longe remota. *Ad rationem.*

6. Altera opinio communis eſt, quæ hanc idololatriam inter obitum Ioſue & Othonielis inſerendam ducit. Eſt Ioſephi lib. 5. Antiq. Hebræorum in Seder Olam, Lyrani, Toſtati, Comeſtoris, Hugonis Card. Carthuſiani, Maſij, Genebrardi, Marianæ, Bonfrerij in hunc locum. Tornielli an. m. 2594. Petauij an. 2515. Saliani 2622. numer. 2. vbi etiam citat Beroaldum, Brugthonum, Codomannum. Nonnulla tamen eſt inter hos auctores differentia: quidam enim ſtatim ab obitu Ioſue hæc patrata exiſtimant: quorum opinionem refellam Iud. 18. verſ. 31. Toſtatus viuente adhuc Calebo: ijs verò libentius aſſentior, qui hæc ad eos annos referunt, qui poſt mortem Seniorum ante ſeruitutem primam ſub rege Meſopotamiæ effluxerunt, vt tradit Ioſephus, Comeſtor Carthuſianus, Torniellus, Salianus, Bonfrerius. Spectat igitur hæc idololatria in primam partem eorum 40. annorum, qui Othonieli adſcribuntur, quando interea fuit Anarchia, cuius duratio annis Othonielis continetur. Hæc apodictica quidem nō ſunt; cum tamen probabilius nihil occurrat, ob antiquorum authoritatem meritò retinenda ſunt. *2 Opinio cōmunis.*

7. Hinc ſequitur minus accuratam videri eorum ſupputationem, qui Ioſue dant annos 14. Senioribus 10. ac anno Periodi Iulianæ 3223. Ioſue principatum ordiuntur: hanc verò de Micha & Danitis hiſtoriam ad annum illius periodi 3243. referunt: ſic enim viuentibus adhuc Senioribus Danitæ Idololatriam publicè profeſſi eſſent, quod mihi duriuſculum videtur. *Corollariū*

IVDICVM XVII. v. 6.

*In diebus illis non erat rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Hic integer verſiculus repetitur ad calcem huius libri: prius autem hemiſtichium etiam inculcatur initio cap. 18. *in diebus illis, non erat rex in Iſrael, & tribus Dan quærebat poſſeſſionem.* Rurſus idem caput his verbis concluditur. *In diebus illis non erat rex in Iſrael.* Duo hic occurrunt ſequentibus quæſtiunculis explicanda.

## QVÆSTIO X.
## *Quid hic ſignificetur in diebus illis.*

1. HOſce dies non nemo ad tempora iudicum, vt à regibus diſtinguantur reijcit. Nam *licet iudices principatu fungerentur*, inquit, *ij tamen potius hortatu* *1. Interpretatio.*

*& conſilio, quam efficaci imperio & ſupplicijs ad officium ſuos cogebant*, idque ex
7.v.3.colligi poſſe exiſtimat, maximè autem ex Iud.18.v.vltimo, vbi tem-
pus, quo fuit Domus Dei in Silo ſignificari putat illis Scripturæ verbis
*illis non erat rex in Iſrael*, & toto tempore iudicum vſque ad Saulem taber-
lum fœderis in Silo permanſiſſe.

2. Interp. cōmodior. 2. Communior tamen eſt interpretatio eorum, qui tradunt hic reg-
latè accipi, vt etiam iudices comprehendit, non tamen omnes, ſed
tiuntur ſequentia verba: *vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc facieba-*
catur, tunc non erat Rex aut Princeps ſiue Iudex in Iſrael, qui impu-
minus quilibet pro arbitratu viueret: nullus erat qui publica aucto-
rata corrigeret, & puniret delicta. Ita Lyranus, Toſtatus, Tornie-
2594.num.vltimo. Salianus an.2622 num.12, Mariana, Menochius
qui idolum Michæ, Danitarum coloniam ac bellum Beniaminiticum
fere tempus referunt, cauſamque horum malorum cenſent, quod n
neque rector eſſet, qui ſua auctoritate improborũ licentiam coerceret
tione vtitur etiam Bonfrerius Iud.17.verſ.1. §. *Secundo*, vbi bene docet
triam Michæ & Danitarum ſub Ioſue aut Calebo non contigiſſe, eo
eam non fuiſſent toleraturi, & §. *Quartò* non videri tempore alicuius
iudicibus eam idololatriam inchoatam: quia facile inquit fuit iudicibus
litarum animis poſt ſalutem ab ipſis allatam bene comparatis ido
natam, in medio Iſraelis vtpote in tribu Ephraimitica, eandemque
vnius domus, publicè tamen notam comprimere, præſertim cum au
& imperio iudices pollerent, neq; dubium eſt eos feciſſe, ſiquidem po
De Abimelech verò, & poſterioribus iudicibus fateor diuerſam eſſe
quorum temporibus facilè inueniri potuerunt, qui impunè falſos De
auderent. Ex illo verò 1.Reg.7.colligo Samuelem tanta auctoritate
idololatriæ peſtem depelleret: quanto magis ipſe & alij ipſi ſimiles e
uiſſent? colligo ſecundò idolum in Danitide vſque ad Saulem non m
nam ante poſtulatum Saulem *abſtulerunt filij Iſrael Baalim & Aſtaroth*
*Domino ſoli*. v.4. Vtrum autem Tabernaculum vſque ad Saulem in Si
nec ne, parum refert ad huius loci interpretationem.

## QVÆSTIO XI.

## *Quando filij Dan vrbem Lais expugnarunt*

Concluſio. 1. COmmunis doctrina vrbē iſtam captam, & eò deductam Dani-
niã cenſet illo ferè tempore, quo Michas idolũ conflauerat. H
tus Iud.18 q.1. & 3, aliaſque ſæpius inculcat, ea quæ à cap.17. incluſiue
finem huius libri habentur, poſt mortem Ioſue & ante Othonielis P

contigiſſe. Hugo Cardinalis ex eo communem ſupputationem confirmare nititur, quod Iud. 17. v. 6. cap. 18. v. 1. & vltimo dicatur: *in diebus illis non erat rex in Iſrael.* Suſcepta eſt igitur hæc à Danitis expeditio, mortuo Ioſue & Senioribus qui ei proximè ſucceſſerunt, paulo poſt Michæ deliramentum, ante ſeruitutem Meſopotamenam. Quod Michæ ſimulachrum præceſſerit huius coloniæ deductionem plana harum rerum narratio hoc capite manifeſtè declarat. Quod verò ad multos annos ab obitu Seniorum, hæc res dilata non fuerit, probabiliſſimum ex eo euadit, quod nulla idonea ratio occurrat, cur Danitæ eam tertiæ portionem, in qua erat vrbs Lais, neglexerint.

2. Dices: viuo adhuc Ioſue tribus filiorum Dan poſſeſſionem ſuam obtinuit, in qua vrbs Leſem erat eamq; Dan cognominauit; ergo hæc expeditio tẽpore Ioſue adornata fuit. Reſpondent Torniellus, Mariana, Salianus, Bonfrerius 1. hanc vrbem dictá Leſem, Lais, Dan, Leſem-Dan, Paneadem, ac poſtremò Tiberij tempore Cæſaream Philippi. 2. Danitas ante Ioſue obitum, ſortem ſuam accepiſſe, & immiſſos in illius ditionis poſſeſſionem, quæ longe à Daneade ſiue Paneade diſtabat, continebatque præter cætera loca, Saraa, & Eſtahol, vnde exploratores in Lais miſſi dicuntur, ſed ſortem totam ſibi aſſignatam continuò non obtinuiſſe, ſiue Philiſthæis acriter repugnantibus, ſiue Amorrhæis Danitas coarctantibus. Nam arctauit Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum, vt ad planiora deſcenderent. Iud. 1. v. 34. Cum igitur Ioſue temporibus tribui Dan ager ſatis amplus pro contribulium numero nõ eſſet relictus; quam primum mortuo Ioſue ea tribus opportunitatem nacta eſt, præmiſſis exploratoribus in Paneada coloniam deduxit. Vnde facile colligere eſt, hic non repeti ea quę ſub Ioſue geſta narrantur, Ioſue 19. ſiquidem hæc expeditio ea tempeſtate fuit, qua impunè publicum Idololatriæ exercitium permittebatur, quod minimè quadrat in Ioſue Præfecturam. *Obiectio.* *Reſp.*

---

IVDICVM XVIII. v. 30.

*Poſueruntque ſibi ſculptile & Ionatham filium Gerſam, filij Moyſi ac filios eius ſacerdotes in tribu Dan, vſque ad diem captiuitatis ſuæ.*

## QVÆSTIO XII.

## *Quando hæc captiuitas fuerit.*

1. NOnnulli putant hic eſſe ſermonẽ de captiuitate Arcæ, quã magna Iſraëlitarũ ſtrage editâ Philiſthæi cęperũt eo tempore, quo Heli obijt. 1. Reg. 4. Quia vſq; ad illud tempus Arca manſit in Silo, vt patet ibi. v. 4. & idolũ Michæ in vrbe Dan ſeruatum eſt, vt hic notatur v. 31. Ita Serarius in hunc locum quæſt. 7. *quam explicationem plures alij ſecuti ſunt*, inquit Menochius. Arbitror *Quorundam interpretatio minus cõmoda.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nihilominus captiuitatem de qua agimus non fuiſſe ipſius Arcæ, ſed popu[illegible] bem Dan & viciniam incolentis; ſiquidem fons Hebræus, Chaldæa pa[illegible] ſis & translatio Seniorum diſertè habent *captiuitatem* ſiue *tranſmigratio[illegible] ræ*. Huius autem loci incolas nuſquam ſub mortem Heli tranſmigraſſe [illegible] Illo 4. capite libri 1. Regum & Pſalmo 77. vbi de captiuitate Arcæ agi[illegible] fit mentio tranſmigrationis populi; ſed tantum cædis Iſraelitarum. [illegible] ſcriptura hoc cap. v. 31. aſſerit quidem idolum Michæ apud Dani[illegible] *omni tempore, quo fuit Domus Dei in Silo*: non tamen negat degenerem il[illegible] ſis proſapiam ſequentium idolorum ſacerdotio functam vſque ad [illegible] tionem Aſſyriacam.

*2. Interpretatio.* 2. Alij vt Toſtatus & Caietanus hunc locum interpretantur, [illegible] quadam captiuitate vrbis Dan, cuius captiuitatis nulla in ſacris liter[illegible] habeatur, niſi hoc loco: quæ opinatio nititur coniectura nō omnino [illegible] ſurda, ſed nec valde plauſibili: putant enim hunc librum à Samuele [illegible] qui cum diu ante captiuitates ſacrarum literarum monimentis co[illegible]

*Refutatur.* mortuus fuerit; non potuit hic illarum captiuitatum meminiſſe. Ve[illegible] rationi dupliciter occurri poteſt. 1. Si dicamus Samuelem vtpote pro[illegible] præſciuiſſe atque adeò hic præcinuiſſe reſtaurandam ſub Ieroboamo [illegible] triam, cuius miniſtri forent infelices Ionathæ poſteri, idque donec [illegible] captiui abducerentur. 2. Veriſimili eſt, hanc de idoli ſacerdotibus [illegible] ab Eſdra ex certiſſima ſiue traditione, ſiue reuelatione adiectam eſſe, [illegible] riana, Sa, & alij notant ab eodem addita, quæ Ioſue cap. 24. v. 29. & [illegible] bus vſque ad finem illius capitis leguntur.

*Concluſio.* 3. Quare ijs potius aſſentior, qui hanc captiuitatem eandem eſſe [illegible] cum ea cuius meminit lib. 4. Reg. cap. 15. v. 29. dum ait, ſub Phalee re[illegible] *veniſſe Theglatphalaſar regem Aſſur, cepiſſe* præter alias partes *Galaad, Ga[illegible] vniuerſam terram Nephtali, & tranſtuliſſe eos in Aſſyrios*. Eſt Lyrani hic lit. g. [illegible] c. num. 28. & 29. ita vt vſq; ad hanc captiuitatem ſcelerati Ionathæ po[illegible] lorum quæ in hac vrbe culta fuerunt, ſacrificulos egerint: non quod [illegible] Michæ tamdiu ibi manſerit, vel quod toto Samuelis, Dauidis, Salomo[illegible] pore continenter Danitæ idolorum cultum retinuerint, ſed quod ab [illegible] pore vſque ad prædictam tranſmigrationem Aſſyriacam, quando cu[illegible] lolatria in iſta vrbe Lais viguit, degeneres iſti Leuitæ ſacrilego mi[illegible] addicti fuerint.

*Parum pro nihilo reputatur.* 4. Addit Salianus an. m. 2622, num. 30. rectè dici poſſe, ſacerdote[illegible] Leuitas & idololatriam Danitarum hoc loco & tempore inchoatam, [illegible] vſque ad dictam captiuitatem perduraſſe, cum aliquo ſimulachro [illegible] formam fabrefacto, ita vt modicum illud tempus, quo ſub Samuele [illegible]

interrupta fuit idololatria pro nihilo habeatur nec numeretur, ſicut adoratio vituli aurei, & initiatio Beelphegor non obſtant, quo minus Iſraelitæ adhæſiſſe Deo dicantur vſque ad Ioſue extremam ſenectutem. Ioſue 23. v. 8. Pari loquendi modo S. Stephanus Act. 7. v. 51. ait Iudæos & patres eorum ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſſe, quamuis nonnulla apud eos ſubinde fuerint pietatis interualla. Quæ reſponſio contemnenda non eſt: priori tamen magis aſſentior: exiguo enim aliquot vel dierum vel ſaltem menſium interuallo vitulus & Beelphegor veram religionem interturbarunt, ac idcirco hoc interuallum illo libro Ioſue non numeratur. At vero S. Stephanus more Rhetorum Iudæos redarguebat, nec ea recenſebat, quæ continenter, ſed per interualla contigerant: res autem iſta de miniſtris idolorum ſimpliciter enarratur, & credibile eſt, Dauide regnante, & per aliquot Salomonis annos, vt de Samuele nihil dicam, hanc vrbem Dan ab idolis purgatam fuiſſe: hoc autem tempus non tam breue fuit, vt in ſimplici narratione pro nullo habeatur.

5. Dicet quiſpiam illo 4. Reg. 15. inter loca à Theglathphalaſar occupata non numeratur tribus Dan, quæ ſedem à tribu Nephthali valde remotam habebat, nempe ad mare circa Ioppen prope tribum Iuda & Beniamin. Sic inter ſortem Nephthali & ſortem Dan, aliquot aliarum tribuum ditiones intercedebant, vt oſtendunt tabulæ topographicæ. Ergo captiuitas huius loci differenda erit vſque ad id temporis, quo Salmanaſar exciſo Iſraëlis regno decem tribus captiuas in Aſſyrios abduxit. 4. Reg. 17. verſ. 6. Huic obiectioni bene reſpondet Salianus dum ſuggerit, à tribu Dan occupatam non ſolum illam terræ portionem, quæ tribui Iudæ, Beniamin, Ephraim vicina erat, ſed illum etiam locum, ad fines Nephthali verſus Libanum, in quo hæc ſcelerata ciuitas fuit, cuius ciues ſine dubio cum tribu Nephthali in Aſſyriam à Theglathphalaſar abducti ſunt remanentibus alijs in alia ſorte Danitis, vſque ad finem regni Iſraël, qui fuit anno ſexto Ezechiæ regis Iuda. 1. Obiectio. Reſp.

6. Obijcies iterum: Ieroboam Regum Iſraël primus annis pluſquam 200. ante abductionem 10. tribuum ſub Theglathphalaſar inceptam, aureis vitulis in Bethel & Dan conſtitutis, *fecit fana in excelſis, & ſacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Leui.* 3. Reg. 12. verſ. 31. ergo Moyſis nepotes non manſerunt ſub Ieroboam idolorum ſacrificuli. Reſp. Illatio neganda eſt: non enim dicitur Ieroboam omnes omni in loco ſacerdotes è fece populi, ſed indefinitè conſtituiſſe. Deus autem cauerat, vt non niſi è tribu Leui ſacrorum miniſtri adſciſcerentur, quod non ſeruauit Ieroboam, ſed alios etiam cooptauit, qui vel in Bethel, vel in excelſis ſacerdotum ſimios agerent, poſteris Ionathæ in vrbe Dan ſacrilegas functiones obeuntibus. Plura ſi lubet hac de re vide apud Abulenſem Iud. 18. q. 19. Salianum l. c. à num. 25. 2. Obiect. Reſp.

## IVDICVM XVIII. v. 31.

*Manſitq; apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit Domus Dei in Silo.*

*Ratio dubitandi.* 1. Quinam id *omni tempore* fieri potuit? Nam tabernaculum è Gal- aliquot annis ante mortem Ioſue in Silo translatum eſt, vt conſtat Ioſue & capite 19. extremo: anni etiam aliquot ſub ſenioribus elapſi ſunt, an- Danitæ in apertam idololatriæ inſaniam erumperent, vt ex commu- tia dixi. q. 9. numer. 6. Ergo prius domus Dei fuit in Silo, quàm apud D- dolum Michæ.

*Opinio parũ apta.* 2. Quidam Hebræorum, vt referunt, nec refutant Lyranus & Hu- aiunt, conflatum & à filijs Dan coli cœptum hoc idolum ſub init- ćturæ Othonielis, & ſic reuera Arcam cum Tabernaculo prius qui- galis in Silo translatam fuiſſe, quam idolum in Dan conſtitueretur, - tempore quod pro nihilo reputatur, nec in computum venit.

*Concluſio.* 3. Ego vero exiſtimo hanc vniuerſalem locutionem *omni tempore*, co- diſtributione accipiendam eſſe, q. d. hoc idolum ex quo in vrbem D- fuit, ibi toto deinceps tempore manſiſſe, quo Tabernaculum fuit in S- *vlterius*, inquit Lyranus. Hinc bene Abulenſis q. 19. *non eſt*, ait, *intelligend- fuerit ibi à principio, quando cœpit eſſe domus Dei in Silo* &c. *ſed quod non prim- Dan idolum illud, quam domus Domini in Silo.*

*Explicatur* 4. Quæ vt clarius illuſtrentur, aduerto in primis ſub annum vnde- Salomonis Tabernaculum in Silo nõ fuiſſe, vt omnes fatentur, ac pre- que idolum Michæ in Danitide. Neq; veriſimile eſt, Dauidem regen- fandum ſimulachrum toto regni ſui tempore Danitis reliquiſſe, vt ex e- quæ ſacri codices in Dauidem congerunt, facilè deduci poteſt. Im- gnante Tabernaculum erat in Nobe, quæ vocatur ciuitas ſacerdoti- ver. 19. eò quod ſacerdotes, vt in Tabernaculo ſacris operarentur, ibi- haberent. Huc Dauid Saulem fugiens venit, & panes propoſitionis tabernaculo teſtimonij accepit, ibid. cap. 21. v. 6. Ergo iam tum & D- in Silo, & idolum Michæ Paneade eſſe deſierat.

*Cõfirmatur.* 5. Huc etiam ſpectant, quæ *ait Samuel ad vniuerſam domum Iſrael - to corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio veſtri* &c. *runt ergo filij Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli.* 1. Reg. 7. Ex quibus conijcere licet tunc nullam Dæmonis laruam Danitis reli- verò potiſſimum anno ea ablata fuerit, & Tabernaculum Silun- translatum, diſertè Scriptura non docet.

*Quando arca ex Silo tranſlata.* 6. Ex eo tamen quod tradat Samuel Arcam ſub Heli obitum è Silo allatam, indeq, in Alienigenarum poteſtatem redactam, inſinuare q- do videtur Iſraëlitas tunc operam dediſſe, ne Tabernaculum in ho-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

incideret, ideoq; ſecuritatis cauſa tranſtuliſſe in ciuitatem Nobe, quæ erat trans Iordanem, loco à Philiſthæis remotiore, quam Silo. Videtur igitur Idolũ fuiſſe in vrbe Dan, donec à Philiſthæis victoribus inde aſportaretur, ſub id tempus quo Arcam ceperant, vt cenſet Toſtatus hic q.19. 1.Reg.7.q.18.& 19. S. Hieronymus in lib. Paralip. vt hic refert Lyranus & ait id eſſe huic 31. verſiculo conſonum. Ribera lib.1. de Templo cap.2. & Oſe.10. Serarius hic q.7. Torniellus an.m.2974. num.4. Genebrardus, Arias, Vatablus &c.

*Tacita obiectio ſoluitur.*

7. Hinc tamen inferre non licet, Leuitas idoli miniſtros, non diutius in vrbe Dan perſtitiſſe: ſiquidem hîc verſ.30. ſceleſta eorum ſucceſſio vſque ad iſtius terræ captiuitatem ducitur. Ne quis autem ſuſpicaretur eandem fuiſſe de Michæ ſimulachro rationem, diſertè v.31. additur, *manſiſſe apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit Domus Dei in Silo.*

*Tempus Achiæ ſacerdotis.*

8. Sunt, qui fatentur quidem vſque ad obitum Heli Tabernaculum in Silo fuiſſe; ſed diuturniorem ibi moram traxiſſe, certum putant. *Siquidem* inquiunt, *etiam Samuelis tempore Tabernaculum fuiſſe in Silo, non obſcurè indicatur.* 1.Reg.14. v.3. *licet Saule regnante fuerit poſtea translatum in Nobe.* Ego verò qua certitudine hæc doctrina nitatur non video. In Latino ſic ibi legimus: *Et Achias filius Achitob fratris Ichabod, filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli ſacerdote Domini in Silo, portabat Ephod.* Hebræus duobus mod s reddi poteſt. 1. *Et Achia filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, filij Heli Sacerdotis in Silo portans Ephod*: quæ ratione apprimè conuenit cum Latino. 2. vltima verba verti poſſunt. *Sacerdos Domini in Silo portans Ephod*, prout 70. tranſtulerunt. Si priorem tranſlationem ſequi lubet, nullum indicium apparebit Tabernaculi tunc in Silo permanentis. Quando hæc gerebantur rex Saul erat in Gabaa, & cum Achia loquebatur, vt patet ibidem verſ.2. & 18. vbi Hebræus & Latinus: *Et ait Saul ad Achiam: applica arcam Dei: erat enim ibi Arca Dei cum filijs Iſrael*, nempe in Gabaa. Græcus autem Romanenſis habet: Et dixit Saul ad Achiam: *applica Ephud: quoniam ipſe tulit Ephud in illa die coram Iſrael.* Quem in locum monet Nobilius in alijs codicibus eſſe τὸ ἐφοὺδ. ὅτι ἦν κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ. *quoniam erat Arca Dei* &c. Græca igitur translatio non indicat Tabernaculum per id tempus fuiſſe in Silo, cum non dicat tunc Achiam in Silo Sacerdotium adminiſtraſſe, ſed tantum eum vocet ſacerdotem in Silo. Sic autem vocari poteſt, qui è genere ſacerdotali, ibi natus eſt, vel qui in minoribus officijs olim ibidem miniſtrauerat: quales erant illi 85. ſacerdotes, quos Doëg in Nobe trucidauit. 1.Reg.22. verſ.18. Sic optimè omnes editiones in eundem ſenſum conſpirant; eſto Tabernaculum tunc in Silo non fuerit; licet enim certum ſit, quod Achias Ephod tulerit Saule regnante, & quidem in Gabaa, illum tamen, eo tempore ſacerdotali munere in Silo functum

eſſe,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſſe, non conſtat. Hiſce animaduerſis nonnulla ab Abulenſi illa q.19. ...
ſcurè, vel in contrariam ſententiam allata facilè vel refutari, vel decl...
ſunt.

---

## IVDICVM XIX. v.1.

*Quando id contigerit.*

1. F*Vit quidam vir Leuites habitans in latere montis Ephraim*, Sethus Cal...
ca annum 52. ab obitu Othonielis bellum Beniaminiticum, ...
capitibus refertur, geſtum aſſerit: *cum ipſe Ebud*, inquit, *caput & ſumm...*
*nec enim præcipitari nec differri poſt obitum Ebud poteſt, quod Pinehas tunc t...*
*mus ſacerdos &c.* Hæc ille, contra communem ſententiam, quæ hoc b...
mortem Ioſue ante primam ſeruitutem notant, vt dixi cap.17.v.1...
v.1. cum auctoribus ibi citatis. Deinde proximè ante hanc de Leuit...
mitis narrationem ſacer textus hæc verba præmittit: *in diebus illis non er...*
*Iſrael*: quæ in Latinis quidem & Græcis codicibus cap.18. extrema h...
prout autem Hebræi diſtinguunt initio cap.19. hanc hiſtoriam an...
Rurſus abſoluta hac Beniaminitarum tragœdia, idem inculcatur: *In d...*
*non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.* ...
mo, verſ. vlt. vbi Menochius notat veriorem eam opinionem videri, ...
quuntur Abulenſis, Lyranus, Genebrardus & alij, hæc eo tempore c...
quod poſt Ioſue mortem, ante primum iudicem fuit.

*Sethi opinio reijcitur.*

2. Caluiſij aſſerto commode ſatis fiet, ſi negetur quod propon...
ſacrarum literarum auctoritate, quæ aſſerunt in primis Leuitam iſtum ...
cadaueris partes ad 12. tribus miſiſſe, vt vindictam tanto facinori par...
rent: quod ſuperuacuum videtur, ſi Aodus, vt vult Caluiſius tunc p...
*tici caput & ſummus iudex fuiſſet*. Deinde eſto Leuites errauerit: non ...
probabile tribus Iſraël conſultaturus fuiſſe, de futuro exercitus c...
minitas duce, cap.20. verſ.18. ſi Aodus iam principatum obtinuiſſet. ...
Phinees, quem ille Pinehas vocat, tempore inter obitum Ioſue & p...
uitutem fluente viuebat, vt concedit Caluiſius: an vero 50. annis poſt O...
lis mortem tranſactis, adhuc in viuis fuerit, non conſtat.

## CONCLVSIO.

Continet liber Iudicum res geſtas annorum 317. qui ab excell...
Samſonis interitum defluxerunt.